AEGIDIJ BOURDINI ... PARAPHRASIS IN CONSTITUTIONES REGIAS, ANNO...

Gilles Bourdin, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 G
53

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

ÆGIDII

BOVRDINI

VIRI CLARISSIMI

EQVITIS,

CONSILIARII A SECRETIS
Regis, ac in ſupremo Senatu
Pariſienſi Procuratoris
Generalis

PARAPHRASIS IN

Conſtitutiones Regias, anno 1539. editas.

Editio noua & recognita.

BIBL·SEC·COL·ROM·SO·IESV



Ex Legato Ill.mi Coccini

PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY,
viâ Iacobeâ, ſub Ciconiis.

M. DC. XXVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

STVDIOSO LECTORI.

HAbent quidem ſuperiora tempora, fateor, non paucos, de quorũ meritis, & integritate citra omnem oſtentationis ſpeciem glorientur. Multis conſularibus viris, quales nobis, Fabios, Metellos, Scæuolas Hiſtoria lux veritatis expreſſit, ad omnem amplitudinis laudẽ fictis, & à ſapientiſſimo artifice ad magnificentiæ decus factis abũ-

Digitized by Google

dauit olim dominatrix gētium Roma: qui, quâ ingenio, acutè; quâ vſu, ſcitè; quâ iudicio, accuratè; quâ apud omnes exiſtimatione, admirabiliter magnam apud poſteros ſui nominis gloriam concitarunt. Verum noſtra hæc ætas tanto felicior, & perfectior, quanto tardior plures ſanctiore diuinæ Themidis partu editos, ſuiſque omnibus numeris abſolutos ſenatores tulit: In quibus iuſtitiæ accuratio, integritatem; morum compoſitio grauitatem, doctrinæ ad miraculum copia, vbertatem; orationis ſuauitas, eloquentiam; iuris redditi æquitas, prudentiā; verborum delectus, ſingularem prorſus ſapientiam; ſed præ omnibus cæleſtis vitæ ratio, virtu-

Digitized by Google

tem humanâ celſiorem prædicant, ac teſtãtur. Quare taceant tranſactæ retro ætatis pręcones, ſuoſque vel legum latores, vel cauſarum diſceptatores & arbitros, vel rerum publicarum adminiſtratores celebrare deſinãt, qui ſi hac noſtra ætate viuerent, libentes à noſtris de legum ęquitate, de interpretatione iuris, & de tota iudiciorum ratione inſtrui vellent ac erudiri. Poſſem ego ex his numerare non paucos: quin etiam plerique oculis obuerſantut noſtris, qui in hoc auguſtiſſimo litium forenſium theatro fortiter ſe iactent, in hac iactatione laudabiliter ſe gerant, in hac laude vincant glorioſe, & glorioſiùs in hoc honoris ac ſapiẽtiæ cœlo trium-

Digitized by Google

phent, ſed vt præſentium vere-
cundiæ parcam, qui quâ ſunt
animi modeſtiâ, ſuas laudes ſine
rubore vel audire, vel legere nõ
poſſent. Vnius (Bourdinum lo-
quor V. C.) memoriam, iam,
quæ temporum iniuria eſt,
propè ſeneſcentem ab interitu,
& obliuione hominum vindi-
care animus eſt. Indulgebis il-
lud opinor, amori meo (bene-
uole Lector) vt viro de republi-
ca optimè merito, vtilitatis pu-
blicæ ſtudioſus; Cõſtitutionum
regiarum Interpreti, Chriſtianiſ-
ſimo Regi deuotus, honoris ac
ſalutis omnium aſſertori, vitæ,
ac libertatis retinẽs; digniſſimo
ſupremi Senatus Procuratori
Regio, Curiæ conſcriptus; Im-
piorum fulmini, ac terrori, vir-

tutis cultor; auo denique pluri-
mùm obſeruando, deditus ne-
pos ex Anna Burdina, quę in ma-
trimonio viri clariſſimi Guido-
nis Blondelli fuit, pietatis iuſta
perſoluam. Vixit quidem, ſi cor-
pus ſpectes, ſuoque fato functus
eſt; ſed beatius iam, & laudabi-
lius viuit in opere hoc ſuo diui-
næ mentis fœtu: quod, mole
quidem exiguum eſt, ſed ſentẽ-
tiarum pondere grauiſſimum,
docta regiarum conſtitutionũ
interpretatione illuſtre, ſermo-
nis elegantia ſingulare, vtilitatis
magnitudine ſummum, rerum
denique maieſtate auguſtum.
Quot verba, tot propemodum
oracula ex felici illa mẽte, quam
legum, virtutumque cõuentus
venerandum ſibi tribunal con-

ſecrarat. In eo neſcias an ſenten-tiarum fructum, & auctoritatẽ an inauditam omnium linguarum notitiam, an incredibilem ingenij facultatem & peracre in maximis rebus explicandis iudicium magis admireris. Hęc enim tam æquo certamine de palma contendunt; vt neque regiarum conſtitutionum amplitudo verborum coarctari videatur anguſtiis, neque orationis dignitas pondere ſententiarum premi, neque celeres ſublimis animi motus matura iudicij grauitate retardari. Quare non leuiter in publica commoda me peccaſſe arbitrarer, ſi tam nobilis ingenij monumentum iacere in ſitu, & æternâ dignum luce opus per ſummum nefas perpetui ſilentij

velo abſcōdi ſinerem. Ad quem porrò iuſtius hic pertinet labor, quàm ad eum, quem ex tanti viri iactura dolor ſic angit, & propinquitatis, beneficiorũque recordatio ita tangit, vt me ei quamuis è viuis ſublato iure mancipatum putem. En igitur è ſecundo veluti tumulo excitatus poſtliminiò in lucem operâ noſtrâ redit Bordinus vt quominus ignea ipſius vocis tela peruenerint, eo conſignata litterarum monumentis eloquentiæ vis conſequentibus ſæculis profutura permeare poſſit. Excipe rediuiuam hanc ampliſſimi ſenatoris tabellam, non illam adumbratam, ſed viuis expreſſam coloribus, quæ vltimam abſolutiſſimi artificis manum

ita ſenſit, vt nihil ei ſiue doctrinam, ſiue vocum proprietatem, ſiue vtilitatem, ſiue acutiſſimè dictorum momenta ſpectes, addi aut detrahi poſſe videatur. eius fructibus vtere, & inſtituti mei rationem æqui, boníque conſule. Vale anno Domini 1627.

Digitized by Google

ÆGIDIVS BOVRDINVS LECTORI B. S.

Veteres Iuriſconſultorum familiæ, Iuris Ciuilis ſacroſanctum corpus, & ex auguſtis ac intimis Philoſophiæ adytis depromptum, in duo potiſsimùm diduxere, in Iuris ſcripti, quod ἔγγραφον vocatur, & ἄγραφον hoc eſt non ſcripti rationem. Nam ius ipſum ſcriptum certis regulis & cancellis circunſcriptum exiſtimauerunt. Non ſcripti porrò hos fines eſſe latos cenſuerunt, vt quibus in

Digitized by Google

cauſis ſcriptis legibus non vteremur, aut cum de interpretatione legis quæreretur, ad inueteratæ conſuetudinis normam & regulam eſſet decurrendum. Quo factum eſt vt qui legum fontes & capita omnia animo continerent, ſi in moribus, in legibus, in conſuetudine ciuitatis ſuæ eſſent peregrini & hoſpites, in litibus diſceptandis & iure reddendo tanquam in ſole caligarent. Subacto enim ingenio opus eſt, vſu & exercitatione confirmato, & ſæpius arato ac renouato, quod vſum illum forenſem planè imbiberit & concoxerit. Nam vt ἐι ἠθικοῖς *teſtatur acutiſſimus ille & acerrimus Philoſophiæ antiſtes Ariſtoteles, artium omnium ratio in Theoricæ & Practicæ partes diſtributa eſt. Sed practicæ, quæ non niſi ex aſſidua &*

multa exercitatione gignitur, potiſſima ac maxima pars eſt: ὁ δὲ χρόνος ἐμποιεῖ ἐμπειρίαν. Ratio itaque conſcribendæ παραφεχόσεως hæc fuit, quo cum permulta legibus, permulta Conſtitutionibus regiis præſcripta ſint, quæ, vt inquit Iuriſconſultus, κατὰ ῥητὸν et ex præſcriptis legum formulis obſeruanda eſſe videntur: tamen contrario vſu et moribus recepto obſoleuerunt. Quæ quidem omnia cum ſcripti iuris non ſint: niſi Flauiana quadam induſtria compilentur, et in lucem erumpant, iuriſprudentiſſimus quiſque, cui ex vmbraculis in puluerem, in aciem illam forenſem et caſtra prodeundum erit, vt ſtupidus et legum et ſui penitus obliuiſcetur: nec vnquam ad ſe redire poterit, niſi hunc ſibi forenſem vſum conciliarit, et cum

Digitized by Google

illo gratiam inierit. Quamobrem non abs re eſſe duximus, vt Conſtitutionibus his regiis quæ paßim in foro agitantur, breuis aliqua interpretatio adderetur, non quæ auidas illas et capaces aures eorum impleret, qui quidem primas inter Pragmaticos partes obtinent, ſed iuniorũ ſtudiis faueret, & eos adiuuaret, qui nondum in hoc forenſi ſtrepitu ſunt verſati. Itaque hoc quantulũ ſit munuſculum æqui bonique conſulite: nec tam operis ipſius quàm propenſi erga vos animi rationem habete. Valete, Nonis Octobris.

M. D. XLIX.

Digitized by Google

ROB. HAYVS LECTORI.

Ex ſcriptis breuibus, breuis viri ſit
Quantum iudicium, videto lector:
Vt qui paruus homo eſt breuiſque, dici
Magnus debeat hoc breui libello.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARAPHRASIS IN CONSTITVTIONES REGIAS, RECENS EDITA, Egidio Bourdino in Senatu Pariſienſi patrono authore.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ne faire citer gens laics en actions pures perſonnelles.

C'eſt à ſçauoir que nous auons defendu & defendons à tous nos ſubiets de ne faire citer ne conuenir les laiz par deuant les iuges d'Egliſe és action pures perſonnelles, ſur peine de perdition de cauſe, & d'amende arbitraire.

HOC caput conſtitutionis duobus potiſſimùm axiomatis, quę effata aut enunciata, vt ait Tullius, appellantur, conſtat: quæ quidem moribus noſtris perſpicua ſunt, nec in his nodi aut tendiculæ vllæ exquiri debent. Vereor quam

Digitized by Google

in partem iuris noſtri magiſtes hoc ſint accepturi. Axioma enim hoc eſt primum moribus noſtris receptum, laicum in iudicem Eccleſiaſticum cõſentire non poſſe, nec, quod vulgò àiunt, iuriſdictionem Eccleſiaſticam prorogare in mere perſonalibus. ἀντιστρόφως porro & reciproca quadam ratione receptum & obſeruatũ axioma, clericũ in mere perſonalibus in iudicem laicum cõſentire non poſſe. Nã Cæſaris, vt vetus eſt παροιμία, cũ Ioue eſt diuiſum imperiũ. Itaque iudex eccleſiaſticus, qui diuino & pontificio dũtaxat imperio ſũgitur, in alios quàm clericos, & qui ob ſacroſãcti characteris impreſſionẽ auguſtæ illæ & diuinæ ac pontificię poteſtati ſunt cõſecrati, & penitus addicti, iura imperii ſui exercere non poteſt, cùm ex veteris teſtamenti pagina inter leuitas ſolos archileuita ius diceret. propterea Cæſaris aut regias partes, & officium iudicis laici occupare nequaquam poteſt, qui quidẽ in laicos, & qui à mera illa & regia poteſtate nullo ſtigmate, aut characteris impreſſione sũt abdicati vel emancipati, pleniſſimam iuris dicendi & imperii rationem exercere poteſt. Eadẽ porro & reciproca ratione eſt cõſtitutũ,

laicũ iura iudicis eccleſiaſtici occupare non poſſe: quippe cum clerici ob ſacroſancti illius characteris impreſſionẽ & conſecrationem, ex diuina & communi ratione ab imperio illo laicorũ ſint vendicati, & eo auguſtius quid & diuinius nomen ſint ſortiti, quo diuina manus humanæ infirmitati præcellit. Axiomatis his ergo duobus hoc caput cõſtitutionis conſtat, nec (vt in Mathematicis demõſtrationibus) contra huiuſcemodi axiomata, vt principia ἄμεσα, καὶ ἀναπόδεικτα, vt inquit Ariſtoteles, diſputare licet. Hãc tamen conſtitutionem hiſce interpretationis cancellis circũſcribemus, vtpote in merè perſonalibus, hoc eſt in his quę res & bona ipſa, & tẽporale, quod aiunt, non autem myſticum aut diuinũ quoddam ſapiunt & perſonant, vtputa ſi de ſacramentis, aut de iure decimarũ ageretur. Nam cũ decimæ vt ſacræ res, non ſint in cõmercio laicorum, alius quàm iudex ſpiritualis & eccleſiaſticus de iure illo cognoſcere non poteſt: aut cũ de viribus aut fœdere matrimonii agitur, vel tori ſeparatione inter virum & vxorem: quæ quidem merè ſpiritualis res & cauſa eſt, ſi nihil aliud in ſe commixtum

habeat temporale. Nam ſi corã iudice laico incidat facti quæſtio an matrimonium contractũ ſit,necne, nõ autem de iure ipſo, an ritè ſit contractũ & legitimè diſputetur: certũ eſt iudicem laicum cognoſcere poſſe. & ita ex legis ratione deciſum eſt. Nec tamen id omittendum erit, quòd ſi pro iure decimarũ, interdicto Vti poſſidetis experiamur, tunc iudicem laicũ (cuius intereſt & officii eſt maximè, ita partes componere, ne ad arma confugiant) cognoſcere poſſe quis poſſeſſoris aut petitoris partibus coram iudice eccleſiaſtico fungetur, nec hos cancellos egredi poſſe. Inter litigantes enim lis ipſa etiã apud iudicem eccleſiaſticum aliter cõmodè expediri non poſſet. porrò ſi decimę infeodatę, aut, quod dicitur, ius patronatus aut clientelæ induiſſe dicantur, tunc quoniam in commercio laicorum eſſe intelliguntur, iudex laicus de his cognoſcere poteſt vt rebus prophanis, detracta vtpote & exuta illa auguſta ſpirituali veſte, & imagine deleta & abraſa. Hoc autẽ ita obſeruari ſolet, vt ſi lis ſuper iure decimarum corã iudice eccleſiaſtico vertatur, & hæ infeodatæ dicantur & allegentur, tunc
Digitized by Google

reſcripto & diplomate regio corã iudice laico euocatur quæſtio, & in eo duplex quæſtio vertitur. Prima, an infeodatio illa ita ſit probata, vt iudex laicus cõpetens ſit:& tunc iudicio ſuo ita pronunciabit & diffiniet, vtpote an competens ſit, necne. quæquidẽ ſentẽtia habet vim diffinitionis. Secunda, ſi ſe cõpetentem pronunciauit, ſuper principali ipſa quæſtione, necnõ ſuper proprietate ipſa decimarum cognoſcere poteſt, cùm iudex competens ſit. At hæc in cauſa matrimoniali idem ſentiemus. Quòd ſi de matrimonij ipſius ſpiritualis virib⁹ agatur, & ſic queſtio iuris ſit: apud iudicem eccleſiaſticum cauſam agendã. Contrà ſi de conuẽtionibus & pactis dotalibus aut matrimonialibus agatur, quoniã huiuſcemodi conuentiones tẽporale perſonant, & habent cauſam temporalẽ & realem commixtã: tunc iudicem laicũ commixta quadam ratione, & per modum cauſæ (quod aiunt) pronũciare de matrimonio poſſe, non ad effectũ ſpiritualis cauſæ, ſed duntaxat tẽporalis: vt multis ſenatuſcõſultis inter Claudium Argentòn, & Ioannam du Bellay, viduã defnncti Triſtandi de Chaſtillon: domi-

Digitized by Google

num de Mezieres, dominam de Beauieu eſt confirmatum: vt infrà ſequēti artic. latiùs diſſeretur. Dicemus ergo, iudicē eccleſiaſticū in merè perſonalibus, quæ acquiſitionem, conſeruationē, aut diminutionem bonorum temporaliū reſpiciunt, in quibus totum ius ciuile conſiſtit (vt inquit Papinianus) non autē merè ſpiritualia perſonant, in laicos ius dicere non poſſe.

ARTICVLVS II.

De ne decerner telles actions.

Et auons defendu à tous iuges eccleſiaſtiques de ne bailler ne deliurer aucunes citations verbalement ou par eſcrit, pour faire citer noſdits ſubiets purs laiz eſdites matieres d'actions pures perſonnelles, ſur peine auſsi d'amende arbitraire.

REgula hæc, quæ prohibitiua, breuis eſt, nec longiorem interpretationē deſiderat. Cū enim iudex eccleſiaſticus in laicos in merè perſonalibus ex norma & regula ſupradicta iura imperii aut iuriſdictionis exercere nō poſſit, certū eſt rectè prohiberi ne libellos aut reſcripta edant quibus laicæ perſonæ foro illius obſtringantur. Ratio ex iure deprōpta,

Digitized by Google

quoniã is qui per calumniã, vel animo vexãdi, eum quem ſcit iuriſdictioni ſuæ non eſſe ſubiectum aut obnoxiũ ſæpius in ius vocari præcipit ſumptus litis exẽplo decretorũ principalium pręſtare iubetur ei quẽ ſine cauſa ſępius inquietat. necnon æquum eſt eum pœnali iudicio coerceri, cum inanib⁹ ſumptibus vexet, & ordinem iudiciorum perturbet. nihil enim tam magnopere coercendũ, quàm iuriſdictionum confuſio & perturbatio. Duos autem gladios eſſe conſtat, qui diuiſi coniungi non debent, nec cõfundi, cùm cõmixtionem aut confuſionem non patiantur, niſi ad mutuũ auxilium præſtandũ, non autem ad ordinem illũ & canonem iudiciorum perturbãdum. Veruntamen id omittendum non erit, vt ſuprà diximus, quòd ſi coram iudice laico lis ſuper pactis dotalibus aut cõuẽtionibus matrimonialib⁹ vertatur, in quã incidat quæſtio matrimonii : tũc iudicem laicum etiam per modũ cauſæ pronuntiare poſſe. & ita apud nos receptũ eſt, & quamplurimis arreſtis cõfirmatũ. Et ſi agatur de poſſeſſione matrimonii, vt puta ſi vir vxorẽ pendẽte quęſtione matrimonij ſibi tradi depoſcat.

Digitized by Google

poſſeſſionē vtpote matrimonij allegās: iudex laicus cuius intereſt maximè naturali quadam æquitate partes componere, de poſſeſſione ipſa cognoſcere poterit, vt faciliùs quæſtio illa matrimonialis per iudice m eccleſiaſticum partibus de poſſeſſio ne certis & quietis dirimatur. Nec ſecus dicemus ſi de iure decimarum agatur. tunc enim quoniam ſpiritualis res eſt, iudicis eccleſiaſtici partes erunt de ea cauſa & negotio cognoſcere: nec in eo laicus partes vllas ſibi vendicare poteſt, cùm ſit iudex omnibus partibus incompetens. Hoc tamē recinere non pigebit, quòd ſi de poſſeſſione decimarum agatur, vel ſi infeodatæ & in patronatus ius tranſiſſe dicātur, iudex laicus cognoſcere poterit, & in eo competentem iudicem eſſe dicemus. Simul enim atque decimæ ipſæ infeodatæ dicuntur, ad iudicem laicum huiuſcemodi negotij deciſio & diffinitiò ſpectat, licèt reuera ius clientelæ nō induerint, & quod vulgò dicitur, infeodatæ non ſint. Nam ſola infeodationis allegatio manus eccleſiaſtici iudicis & poteſtatem obſtringit, & omnem iudicandi licentiam intercludit. Ipſa enim

infeodationis ſpecies decimas in laicorum commercio conſtituit. Idem & ſi de vſuris agatur. licèt enim ex cenſura canonica cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectare dicatur, tamẽ moribus noſtris receptum eſt laicum iudicẽ huiuſcemodi vitia cõprimere, & ex legibus vindicare poſſe. Non enim ita ſpiritualis ratio vſurarum intelligetur, vt de ea cognoſcendi iudici laico licentia præripiatur, ſed omninò & iure & lege permiſſa ſit coerctio. Alia porro ſpecies eſt in qua iudex laicus in eccleſiaſticã perſonam ius ſibi vendicat, vt puta ſi obligatus ſit clericus ad ratiocinia, ſi ſit procurator, aut tutor, aliíſve ſecularibus negotiis ſe immiſceat. Ratio in eo quippe æquiſſima & euidẽtiſſima eſt, vt cùm ſecularibus negotiis ſe implicuerint, ſecularis iudicis iuriſdictionem ſubeant, cùm iudex eccleſiaſticus rerum laicarũ iuriſdictionem ſibi vẽdicare non poſſit. Nec in eo tam attenditur qualitas perſonæ, quàm qualitas rei ſubiectæ, quæ quidem tẽporalis eſt. In his autem formis & actionibus quæ in rem ſunt, & in quibus de hypotheca ſiue tacita ſiue expreſſa agitur, certum eſt iudicem eccle-

ſiaſticum nulla ratione cognoſcere poſſe. Regula enim generalis eſt, iudicem eccleſiaſticum de actionibus hypothecariis aut realibus cognoſcere nō poſſe. Fuit autem quæſtionis, an cum quis clericus & perſonaliter & hypothecariè eſt obligatus, poſſit diuidi hypothecaria à perſonali, & ratione hypothecariè coram iudice laico diſtrahi, cùm reuera etiam perſonali actione extincta realis duret ex iuris ratione, multis in vtramque partem ab aduocatione regia ampliſſimo in Senatu luculēter & peracutè allegatis, & plurimis in eam partem diſcedentibus, poſſe diuidi: quod tamē nondum arreſto eſt deciſum, ſed adhuc anceps illa theſis indeciſa pendet. In eā tamen ſententiam bonam partem hominum pragmaticorum deſcendere video, quòd diuiſio illa in eccleſiaſticis perſonis non eſt recipienda ad fori diſtractionem. Vides igitur quomodo & in quibus formis, & in qua hypotheſi iudex laicus etiam in ſpiritualibus iuriſdictionem in eccleſiaſticam perſonam exercere poſſit, eccleſiaſticus in laicam. Supereſt videndum in his cauſis quæ commixtam cauſam & rationem crimi-

nis habent, quando & quomodo iudex laicus in eccleſiaſticũ ius dicere poſſit. In quibus ita concludemus, quòd ſi clericus cui primus ille character dumtaxat eſt impreſſus, capitis accuſatus ſit: ſi delictum commune ſit, puta ſi homicidij inconſultò commiſſi, ſi vulneris illati, ſi alterius delicti perpetrati accuſetur, tunc ad iudicem eccleſiaſticum dimittendus erit, vt in eum ius dicat. Sin autem tale ſit delictum quod commixtum crimen regium & priuilegiatum, vt vulgò dicunt, habeat, ita ſubdiſtinguemus, quod ratione delicti communis coram iudice eccleſiaſtico dimittetur cum onere rei, & criminis tamen priuilegiati: cui quidem cauſæ iudex laicus aſſiſtet pro mulcta ratione delicti priuilegiati dicenda & æſtimanda: puta ſi ſecuritas publica aut regia infracta ſit, aut ſi in contemptum litis coram iudice laico pendentis, delictum committatur. tunc enim lis illa coram iudice laico pendens, cauſam & fauorem criminis priuilegiati inducet: & aſſiſtent vnà in confeſſione proceſſus iudex laicus, & iudex eccleſiaſticus, ita tamen, vt iudex eccleſiaſticus velut di-

gnior, teſtes examinet, reum interroget, teſtes denique componat, aſſiſtente & præſente ſemper regio iudice, qui ſuper crimine priuilegiato iudicabit, & id diuerſo iudicio & ſententia. Attendendum autem maximè erit, quod quędam ſpecies delictorum ita graues ſunt, & tanta atrocitate implicitæ & inuolutæ, vt clericus in his coram iudice ſuo dimittendus ſit ne quidem in eam formam ad onus criminis priuilegiati, puta ſi conſulto cædem intuliſſe dicatur, vel manu aut vi armata virginem rapuiſſe & violaſſe. tunc enim ipſo iure priuilegio illo verticali & clericali nudatus & exutus iudici laico coercēdus & puniendus relinquitur, & à fori ſui præſcriptione penitus ſummouetur. Nam in tam atrocibus ſcriptum eſt ab altari domini reum eſſe auellendū. Nec omittendū quod in omni crimine quod ſpeciem habet & complectitur priuilegiatam & commixtam, reus clericus ratione criminis priuilegiati ſemper corā iudice laico reſpondere ad interrogata cogitur: & ita eſt deciſum plurimis arreſtis: nec vlterius cōſentire in iudicē laicum tenebitur, ſed ſtatim ad iudicem

Digitized by Google

ſuum dimittendus eſt. Nam ſi crimen priuilegiatum confiteatur, iudex laicus ius & mulctã dicere in eum poterit. ſin autem inficietur, æquum eſt eum corã iudice eccleſiaſtico vt digniori dimitti: qui quidem partes ſuas vnà cum iudice regio exercebit, & ambo communi atque in vnum conſpirãte conſenſu litem ipſam plenè contexent. Regula autem generalis erit in preſbyteris, qui non ſolo charactere illo clericali & verticali gaudent, ſed maiores ordines ſunt profeſſi, vt coram iudicibus ſuis eccleſiaſticis ſemper & in vniuerſum dimittantur: qui quidem ſi eos ita graui delicto obſtrictos vident, vt exauctoratione digni ſint, exauctorabunt ſecundùm regulam à canonibus ſtatutam & præſcriptam: & ita exauctoratos tradent curiæ ſæculari puniendos. tunc enim in eos gladij regii eſt poteſtas: nec nouæ litis contextu eſt opus, ſed ex inſtructione coram iudice eccleſiaſtico facta condemnabunt.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Limitation.

Et ce par maniere de prouiſion, quant à ceux dont le faict a eſté receu ſur la poſſeſſion d'en cognoiſtre, & iuſques à ce que par nous autrement en ait eſté ordonné. Et ſans en ce comprendre ceux qui en auroyent obtenu arreſt donné auec noſtre Procureur general, ſi aucun y a.

REgula generalis ſupradicta confirmatur per exceptionem hîc appoſitam: quæ quidem exceptio certa ratione & æquitate nititur. Licèt enim iudici eccleſiaſtico, qui diuina omnia ſemper ſpirare debet, non ſit permiſſa gladij poteſtas, nec quicquam cruentũ illi moliri liceat, tamen ſi mandata aut conceſſa in ſignum imperii ſit illi gladii poteſtas à rege & principe qui gladium geſtat, aut dignitati illius ſit connexa, quò præſtantior & excellentior ſit, vt palam prędicatur in plurimis ex patriciis, hoc eſt his quos Patres aut Pares Francię appellant: tunc eam per laicas perſonas exercere poſſunt, & iura illa imperii exequi, cùm non ſuam, ſed man-

dantis perſonam ſuſtineant. quo factum eſt vt in Gallia multi ex quibus ex his quos ſupradicto nomine patriciorũ appellant, iura illa iuriſdictionis, vt ſibi cõceſſa à rege aut principe, in laicas perſonas vendicent. Itaque ſuper ea re in cõſilium itum eſt, nec adhuc id deciſum aut diſceptatum eſt. Cùm autem ratio communis hoc dictet, eccleſiaſticum iudicem in laicos ius dicere non poſſe pẽdente illa priuilegii ſpecialis quæſtione & allegatione de qua planè cognitũ non eſt: mirum non eſt ſi iura illa imperii & iuriſdictionis in laicos à iudicibus eccleſiaſticis auellantur, & res ad commune ius redigantur. Alia cauſa eſt eorum qui contradicto iudicio ius illud iuriſdictionis & imperii ſunt aſſecuti, ſi tamen iudicium illud cum legitimo cõtradictore latum ſit: puta ſi cum procuratore fiſci, qui quidem iura regia acerrimè propugnauit. Cùm enim non iuſto contradictore lata iudicia ſunt, nullius momenti eſſe lex ait. Si ergo habẽt confirmatam ſenatuſconſulto iuris illam dicendi poteſtatem, à regula ſupradicta excipiuntur: vt puta quibus priuilegio ſpeciali aliud quàm cæteris eccleſiaſticis perſonis ſit conceſſum.

ARTICVLVS IV.

En quoy l'Egliſe a iuriſdiction ſur les gens laiz, & les iuges laiz ſur les gens d'Egliſe.

Sans preiudice toutesfois de la iuriſdiction eccleſiaſtique ez matieres de Sacremens, & autres pures ſpirituelles & eccleſiaſtiques dõt ils pourront cognoiſtre contre leſdicts purs laiz ſelon la forme de droict. Et auſſi ſans preiudice de la iuriſdiction temporelle & ſeculiere contre les clercs mariez & non mariez faiſans & exerçans eſtats ou negotiations: pour raiſon deſquelles ils ſont tenus & ont accouſtumé reſpondre en cour ſeculiere, où ils ſeront contraints de ce faire tant en matiere ciuile que criminelle, ainſi qu'ils ont faict par cy deuant.

LICET (vt eſt ſuprà dictum & demõſtratum) Iouis & Cæſaris imperia diuiſa eſſe oporteat, & iuſtitia illa quæ à Deo velut à ſacro fonte manauit, diuiſa & diſcerpta ſit, puta in eccleſiaſticam & in ſecularem, vt ſuo quoque ordine omnia faciliùs diſtribuerentur: attamẽ vt fraudibus & technis hominum occurreretur

curreretur, necnon ſaluti hominum & vtilitati tutiùs conſuleretur, id ex diſtributiui iuris (quod διανεμητικὸν appellant) ratione porrecta eſt comparatum, vt in merè ſpiritualibus iudex eccleſiaſticus in laicam perſonam ius dicat: & reciproca ratione in merè ſecularibus laicus in eccleſiaſticam perſonam ratione rei aut qualitatis ſubiectæ ius & dicere & exequi poſſit: quippe cum in eo non tã qualitatis perſonarum quàm naturę rei ſubiectæ ratio habeatur. Quę quidem omnia ſi acutè inſpiciantur, reperiemus iuris ordinem ritè ſeruari: vtputa cum ſpiritualium rerum ratio & cognitio non niſi ad ſpirituales homines ſpectare poſſit, æquum eſſe, iudicem ſpiritualem de ſubiecta re ſpirituali cognoſcere. Non diſſimili ratione cum de bonis temporalibus aut rebus agatur, tunc iudicem laicum, qui verus & germanus iudex eſt, in eccleſiaſticas perſonas cognoſcere. Sed quoniam ſæpius anteà dubitatum eſt quibúſnam in formis, aut qua in hypotheſi iudex eccleſiaſticus in laicos imperium & iuriſdictionem exerceat, & laicus in eccleſiaſticum, hoc in loco breuibus explicare

non pœnitebit. Hanc autem quæſtionem in duo tantũ primùm diducemus, deinde in ſpecies ſuas ac formas ſubdiuidemus. Aut enim de ciuili & ordinaria re agitur, aut de criminali. In ciuilibus itaque quæſtionibus habenda ratio erit an de merè ſpiritualibus agatur, an temporalibus. Si de merè ſpiritualibus, certum eſt & compertum, iudicem eccleſiaſticum cognoſcere poſſe etiam cũ laicis perſonis: puta ſi de matrimonij fœdere, de decimis agatur: quæquidem merè ſpiritualis res eſt. Contrà ſi de tẽporalibus rebus aut hypothecis agatur, iudex laicus ius dicere inter clericos poterit. Nam iudex eccleſiaſticus nullam cognoſcendi aut iuris dicendi poteſtatem habet. Si de criminali re aut extraordinaria quęſtio ſit, eo ordine qui quidem ſuprà deductus eſt in articulis primo & ſecundo, ſubdiuidemus, & ea regula, quæ vera eſt, & ita multis arreſtis confirmata, progrediemur. Liquet ergo ſupradictis nominibus iuriſdictionẽ laicam confundi cum eccleſiaſtica, & eccleſiaſticam cum laica, ordine iuris ſupradicto ſeruato.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

En quoy & contre qui les iuges d'Egliſe pourront paſſer outre nonobſtant appel comme d'abus.

Que les appellations comme d'abus interiectees par les preſtres & autres perſonnes eccleſiaſtiques és matieres de diſcipline & correction, ou autres pures perſonnelles, & non dependentes de realité, n'auront aucun effect ſuſpenſif, ains nonobſtant leſdictes appellations, & ſans preiudice d'icelles, pourront les iuges d'Egliſe paſſer outre contre leſdictes perſonnes eccleſiaſtiques.

REgula hæc maxima æquitate nititur. Æquum enim eſt, iudicem eccleſiaſticum qui in ſuos imperium exercet, & coerctionis iura omnia habet, friuolæ appellationis prætextu à iure dicendo non arceri, nec iuriſdictionem illius ſuſtineri. liceret enim ita presbyteris & aliis eccleſiaſticis perſonis iuriſdictionem eccleſiaſticam eludere & ludificari. Ne quis autem hoc temere inductum aut comparatũ putet, ſtatu-

Digitized by Google

tis regiis hoc eſt præſcriptum, iudicem laicum aut regium iuriſdictionem in ſubditum iuriſdictioni ſuæ exercere poſſe remota omni ſpecie appellationis, ſine præiudicio tamen illius etiam vſque ad ſententiam diffinitiuam, ſemota (quod aiunt) executione, ſi ab ea appelletur. quod intelligendum eſt niſi à tali iudice vt ab incompetente aut recuſato appelletur. Eadem ergo ratione concludemus rectè eſſe conſtitutum, eccleſiaſticum iudicem in ſuos omnimoda eccleſiaſticæ correctionis iura exercere poſſe non obſtantibus appellationibus: & ſine præiudicio illarum: ne prætextu friuolæ appellationis effectus iuriſdictionis illius ſacroſanctæ ſuſtineatur & ſuſpendatur. Nec longius abeundum. exemplum promptum eſt, vt puta presbyter homicidii, raptus, aut veneficii accuſatur, & ad declinandam iuriſdictionem, aut reddendum eluſorium eius effectum, appellat à citatione, executione citationis, à confrõtatione aut compoſitione teſtium, aut aliam huiuſcemodi friuolam appellationem interiicit: non obſtante appellatione iudex eccleſiaſticus agnoſcere

Digitized by Google

poterit vſque ad ſententiam diffinitiuam, ſemota executione. Ne tamen hæc ſicco pede explicata eſſe dicantur, animaduertendum eſt his verbis ſtatuti ita cautum eſſe, & hæc verba appoſita fuiſſe non ſine ratione, *Es matieres de diſcipline & correction.* Nam his verbis vtendum fuit ad dilucidiorem & clariorem interpretationem: quippe cum & de clericis & de monachis & de preſbyteris hæc omnia intelligantur. Diſpoſitione enim & cenſura canonica eſt receptum, à correctione appellari non poſſe, cum remedium appellationis nõ ſit inuẽtum vt ſit iniquitatis vinculum, ſed oppreſſorum ſolatium. Licet tamen à correctione ipſa, ſi modum excedat, appellare: ſed eo prætextu effectus iuriſdictionis eccleſiaſticæ interim non ſuſtinebitur nec ſuſpenditur. Et ea eſt mens ſtatuti. In ciuilibus & perſonalibus quæſtionibus idem dicendum erit, quòd iudex eccleſiaſticus inter clericos cognoſcere poterit non obſtantibus oppoſitionibus aut appellationibus, & ſine preiudicio illorum. Excipiemus tamen in his omnibus ſi de realibus hypothecariis actionibus agatur: quoniã iu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dex eccleſiaſticus competens eſſe non poterit: ſed manus illius erunt omnino obſtrictæ & alligatæ: & in his appellatio vt ab abuſu, porriget vires ſuas & effectum.

ARTICVLVS VI.

Amende de fol appel comme d'abus enuers le Roy, ores que ledit appel ne ſoit ſouſtenu.

Que les appellans comme d'abus qui ſe departiront en iugement de leurs appellations releuees, payeront l'amende ordinaire du fol appel, & hors iugement la moitié de ladite amende, & plus grandes ſi meſtier eſt, à l'arbitration de noſdites cours ſouueraines, eu regard à la qualité des matieres, & des parties.

ARTICVLVS VII.

Autre amende enuers partie.

Et en amende vers la partie pour leurs ſubterfuges & delays & proces retardé, c'eſt à ſçauoir de vingt liures pariſis en iugement, & hors iceluy de dix liures pariſis.

Digitized by Google

ARTICVLVS VIII.

Autres amendes en cas de ſouſtenement de tel appel, & qu'il ne ſoit trouué bon.

Et quant aux appellations plaidees & ſouſtenues par leſdits appellans, ils ſoient condamnez outre l'amende ordinaire en vne amende extraordinaire enuers nous & la partie ſelon l'exigence du cas ſi la matiere y eſt trouuee diſpoſee.

NE temerè appellantibus paſſim via pateret, & illa litigandi inſania immoderatiùs prorumperet, pœnę ſunt à ſtatutis debitæ excogitatæ, vt qui & ratione & legum authoritate coerceri, nec peruinci poſſent, pœnæ & mulctæ magnitudine ab huiuſcemodi calumnioſis & temerariis appellationibus ſummouerentur. Appellatio autem ab abuſu ita eſt appellata, & hinc deriuata eſt, quoniam iudex eccleſiaſticus partes ſibi vendicare conatur iudicis laici, & id contra mentem legis & ſtatuti regij, & ita iuriſdictione ſua abu-

titur. Tribus autem potiſſimùm formis hæc appellatio interponitur : puta ſi lis coram iudice laico pendeat, & iudex eccleſiaſticus in præiudicium illius quicquam moliatur, tunc ab abuſu appellatur. Secunda ſpecies & forma eſt, ſi contra leges & conſtitutiones regias & formam præſcriptam iudex eccleſiaſticus quicquam attentet. Tertiò ſi contra ſancta canonum decreta, ſi contra arreſta curiæ iudicium feratur, & prohibitiones in eis contentas & concluſas. his enim formis & ſpeciebus appellari ab abuſu certum eſt. Cùm itaque appellans cauſa vincit, tunc malè & per abuſum pronunciatum ferunt. Contrà ſi appellans ab appellatione deſiſtat, tunc his verborum formulis vti ſolent, quòd appellanti ab appellatione deſiſtere licet, & permittitur ſi cauſa cadat. tunc eum in appellatione ſua non fuiſſe recipiendum palàm pronunciant. Hæ ſunt formulæ quibus in iudiciorum hoc ordine vti ſolemus, & quæ obſeruari ſolent. In interpretatione autem horum articulorum hic modus eſt excogitatus à pragmaticis, vtrum cum libellus appellationis in albo cauſarum dicendarum

Digitized by Google

nondum deſcriptus eſt, ſi à tali appellatione deſiſtatur, an multa illa lege præſcripta dicatur: multis in eam partem inclinantibus, quòd maior & inſignior contumacia & calumnia in eo videretur, qui adeò fuiſſet pertinax, vt cauſam ipſam, quicquid ſit, in album quaſi in periculum agendi referri pateretur, quàm qui extra iudicium deſiſteret. Ita tamen eſt obſeruatum, vt qui etiam extra iudicium ab huiuſcemodi appellatione deſiſtit, licet in albo cauſarum agendarum deſcripta non ſit, tamen pœnam hanc ſtatuto præſcriptam ferat, vt calumnioſus, & temerarius litigator. Cui opinioni ſtandum eſt, vt moribus receptæ. Mirum autem non eſt grauiorem eſſe pœnam eius qui coram iudice vinci ſe in huiuſcemodi appellationibus ſuſtinet, cùm maior ſit & inſignior illius contumacia: ſicut eius qui in accuſatione falſi vſque ad ſententiam diffinitiuam perſiſtit. tunc enim rectè & non ſine ratione vt calumniator plectitur falſi pœna.

Digitized by Google

ARTICVLVS IX.

De la forme des adiournemens.

Que ſuyuant nos anciennes ordonnances, tous adiournemens ſeront faicts à perſonne ou à domicile en preſence de records & teſmoins qui ſeront inſcripts au rapport & exploict de l'huiſſier ou ſergent, ſur peine de dix liures Pariſis d'amende contre ceux qui ſeront trouuez en faute.

IN ius vocatio, quæ litis ingreſſum præparat, ritè & cum ſuis ſolemnitatibus fieri debet: alioqui plerique ex reis & in ius vocatis circumuenirentur, cum plerunque per dolum viatoris aut apparitoris, quos ſeruientes appellamus (quo genere hominum tetrius aut peruerſius nihil eſſe ſolet) rei de die aut tempore incerti quo eis in ius veniendum eſſet, in eremodicium inciderent. Forma autem præſcripta eſt, vt apparitor duos ſibi teſtes adſciſcat, qui de veritate vocationis in ius facta teſtentur, & ita ſtatutis cauetur. alioqui talis vocatio nulla eſt, nec ex ea effectus verus

contumaciæ naſci aut produci poſſet. Idem ſenatuſconſultis multis eſt ſancitum, in citationibus quæ quidem fiunt coram iudicibus eccleſiaſticis, vt nullæ ſint, niſi duorum teſtium teſtimoniis confirmentur. Itaque ſi ſuper tali citatione aliqua contumacia proferatur, appellare tanquam ab abuſu liceat, vt re contra mentem arreſtorum & ſtatutorum penitus prelata & confecta. & ita deciſum eſt. Sufficit autem vocationem fieri in domo aut domicilio eius quem vocare in ius volumus, relicta & edita copia libelli vocationis in ius. Et ita obſeruandum eſt etiam in ius vocatione quæ fit in cauſis beneficialibus: vt etiam ſi de poſſeſſione agatur, tamen vocatio facta in loco beneficij non valeret, ſed in domicilio eius facienda eſt cũ quo agitur. ídque neceſſariò requiritur: & ita arreſtis plurimis eſt deciſum. quod mente eſt tenendum. In illius autem qui in ius eſt vocatus, contumaciã, ſicut & in cæteris cauſis, libellum ad ædes opponere atque affigere licebit, vt ait lex ciuilis. Hoc in campo latius ſpatiari liceret in interpretatione huius verbi domicilium, nempe quid ſit do-

micilium, & quo in loco quis conſti-tuiſſe domicilium intelligitur: in quo tamen hanc regulam addidiſſe ſuffi-ceret, nempe vnumquemque ibi domi-cilium conſtituiſſe intelligi, vbi larem & rerum ſuarum ſummam conſtituit, & cum familia commorari conſueuit, ſe-cundum regulas iuris ciuilis. Nec omit-tendum erit vnũquemque pluribus in locis domicilium conſtituere poſſe, & in quolibet ex his domiciliis vocationẽ factam ratam eſſe. Itaque cum quis ali-quo in loco & ciuitate per annum & diẽ ſtetit & manſit, tunc ibi domicilium conſtituiſſe intelligitur, necnon ciuis ciuitatis effectus ex regula & iuris diſ-poſitione. Ne quis autem leuem effe-ctum citationis exiſtimet, ita intel-ligere debemus citationem, ſi libel-li formam non amplectitur, nullius eſſe momenti, ſed ne ad interrumpen-dam quidem præſcriptionem. Contrà ſi citatio in libelli formulam concluſa ſit, & actionis futuræ ſpeciem conclu-dat, tunc eſt exploratum etiam ad effe-ctum prẹſcriptionis tricenariæ inter-rumpendum ſufficere. Nam tricenaria præſcriptio per citationem illam in li-

Digitized by Google

belli modum conceptam & libelli formam complectentem interrumpitur.

ARTICVLVS X.

Touchant les recuſations.

Quand les recuſations propoſees ou baillees par eſcript ſeront friuoles & non receuables, le iuge recusé les pourra tellement declarer, & ordonner, que nonobſtant icelles il paſſera outre ſelon la forme de droict.

MVltæ ſunt recuſationum ſpecies & formæ, & varia ac multiplex earum proponendarum ratio, nec certa aut definita regula circunſcribi poſſunt. hoc tamen admonuiſſe ſufficiet, omnem cauſam recuſationis ex legum ſententia moribus noſtris ante litis cõteſtationem & defenſionem proponendam eſſe: alioqui non admitti. A qua regula hæc duo excipiemus, vt puta ſi recuſationis ratio poſt litem conteſtatã nata ſit & emerſerit, aut à recuſante eo demum tempore ſit cognita: quo caſu iuriiurando illius & religioni ſtatur. opus eſt enim ſacramento confirmare, ta-

lem recuſationem ad cognitionem recuſantis à lite conteſtata perueniſſe. Recuſationes autem ipſæ aut coram iudice, aut libello illi porrecto manu recuſantis ſubſcripto & ſubſignato, proponi debent. Recuſationum itaque multæ ſunt ſpecies: puta ſi affinis, aut conſanguineus ſit alterius ex litigantibus: ſi ſit inimicus recuſantis: & aliæ cauſæ quæ vnicuique notæ ſunt, maximè ſi iudex eandem cauſam nomine ſuo agat, quàm eam in qua ſibi ius dicendum ſit: quæ quidem abſtruſior eſt cauſa, & iure recepta. Cùm autem hæ cauſæ recuſationis proponuntur, tunc iudicis officium eſt, ſi eas non eſſe ex legibus reperiat, non admittendas declarare, & ab eis repellere: & tunc vt legitimus & integer iudex de cauſa ipſa cognoſcere debet. Hæc autem omnia intelligenda ſunt in iudicibus his qui habent iuriſdictionem contentioſam, non autem in his qui ſunt nudi executores vel examinatores, quos vocant inquæſtores. Quoniam enim non habeant iuriſdictionem contentioſam, ſed nudi ſint executores: ſi cauſæ contra eos recuſationis proponantur, de earum ve-

Digitized by Google

ritate aut legitima ratione pronunciare non poſſunt, ſed ad iudicem remittere debent, vt ſuper eis pronunciet: vt arreſto nouiſſimè lato eſt deciſum.

ARTICVLVS XI.

De paſſer outre nonobſtant appel de ſentence donnee ſur cauſes de recuſation, pourueu, &c.

Et s'il y en a appel, ſera nonobſtant iceluy paßé outre, nonpas par le iuge recuſé, mais par celuy qui a accouſtumé tenir le ſiege en ſon abſence, ſoit Lieutenant particulier, ou le plus ancien aduocat, tellement que pour la propoſition de ladicte recuſation & appellation ſur ce interiectee, la pourſuite & procedure ne ſoient aucunement retardees ou delayees.

VIde igitur quomodo cauſæ recuſationum proponendæ ſint: & ſi legitimæ non reperiantur, quemadmodum iudex conſulere debeat controuerſiis partium decidendis: quę quidem dolo malo aut circunuentione litigantium prætextu huiuſcemodi futilium & friuolarum recuſationum plerunque

cilitas illa recuſationes proponendi, & iudicia illuſoria reddendi, penitus tolleretur.

ARTICVLVS XIII.

Forme de proceder ſur recuſation admiſe.

Et ſi leſdites cauſes de recuſation ſont trouuees legitimes, ſera baillé vn ſeul delay pour les prouuer & verifier, non pas par le iuge recusé, mais par celuy qui doit tenir le ſiege en sõ lieu, comme dit eſt: lequel à faute de ladite verification au dedans dudit delay, & apres iceluy eſcheu & paſſé, & ſans autre declaration ne forcluſion deboutera le propoſant deſdites cauſes de recuſation.

ARTICVLVS XIV.

Amende de calomnieuſe recuſation.

Et lequel propoſant ſera pour chacun faict de recuſation calomnieuſement proposé en nos cours ſouueraines condamné en xx. liures Pariſis d'amende, moitié enuers nous, & moitié enuers la partie: & de 10. liures auſſi par moitié comme deſſus en nos iuſtices inferieures.

Digitized by Google

SVperioribus articulis dumtaxat eſt proſpectum & prouiſum quanam ratione facilitati & temeritati eorum occurreretur, qui paſſim futiles recuſationes proponunt, atque appellatione friuola aut falſo prætextu recuſationis, aliave via quæ ad fraudem maximè patebat, iudicia diffundunt. Qui enim futiles & falſas cauſas recuſationis proponit, & temeraria appellatione ſeſe tuetur, niſi in pœnam legis & ſtatuti incidat, aut ſe acerrimè videat mulctari, aliam ſibi viam exquireret, vt pote legitimas cauſas recuſationis proponendo, quæ tamen veræ non eſſent, nec probari poſſent, hac ſola ratione, vt iuriſdictionem iudicis per eos perperam recuſati declinent. Quapropter ei occurrendum fuit in eam formam quæ his articulis eſt expreſſa: vt puta ſi cauſæ recuſationis legitimæ proponuntur, quæ tamen veræ non probentur: hoc nomine qui recuſat, vt pernicioſus calumniator eſt coercendus, & puniendus his pœnis quæ quidẽ ſunt à lege præſcriptæ ad comprimendam hanc inſaniam recuſandi, & vanas recuſationes proponendi.

ARTICVLVS XV.

De paſſer outre par le iuge de la recuſation admiſe nonobſtant icelle.

Et voulons en outre que nonobſtant ladicte recuſation & delay baille pour la verifier, ſoit paſſé outre au principal pardeuant le iuge non recusé, qui aura baillé ledit delay, & qui a accouſtumé tenir ledit ſiege au lieu dudit recusé.

Licet diſpoſitione ipſa iuris aliud cautum eſſe dicatur, vt pote priùs decidendas cauſas ſuſpicionis per arbitros, quàm de principali negocio cognoſceretur aut decideretur, attamen litium minuendarum & finiendarum gratia ſtatuto ita eſt comparatum, pendente illa quæſtione recuſationis, principale negocium ſuo marte decurrere poſſe: & ita curſus ille litis legitimus non impedietur.

ARTICVLVS XVI.

Que tous adiournemens ſeront libellez.

Que tous adiournemens pour faire & intenter nouueaux procés, ſeront libellez ſommairement, & contiendront la demande & moyẽs d'iceluy en brief, pour en venir prests à defendre par le defendeur au iour de la premiere aſſignation.

HÆc regula manifeſtò docet mentem ſtatuti hanc eſſe, vt litium immenſus ille circuitus breuiſſimo curriculo peragatur. Et quoniam ex antiqua forma priores libelli vocationis in ius confuſis & generalibus verbis concipiebantur, ita vt incertus planè eſſet is qui in ius vocabatur, quęnam ſpecies aut forma actionis contra eum intentaretur, aut quanam ex cauſa in ius accerſeretur, & propterea comparatus ad defendendum die præſcripta venire nõ poſſet, ob idque dilationem ſibi dari poſtulabat, his verbis ſtatuti cõſultum eſt ad penitus conuellendos huiuſce-

Digitized by Google

modi iudiciorum anfractus & dilationes. Nã dum in ius reus vocatur, ſtatim libellus actionis ei editur, ita vt reus certiſſimus ſit quanam ex cauſa in ius vocetur. Quamobrem die præſcripta nihil eſt quod cauſetur ſe exceptionibus ſuis munitum non adfuiſſe, quòd libellus ipſe actionis editus non ſit. His addendum, quòd citatio ipſa libellum actionis continens etiam prodeſt ad interrumpendam pręſcriptionem triginta vel quadraginta annorum, quoniam iam certus ſit reus de actione contra eum propoſita, & malæ fidei eſſe incipiat: & ſic præſcriptionis effectus, qui quidem fundamento bonæ fidei nititur, omnino impeditur. Hæc regula in ciuilibus tantùm negociis & ordinariis locum habet, non autem in criminalibus & extraordinariis: nempe alius eſt iudiciorum ordo: & omnia extra ordinem proponuntur & decernuntur: vt ſuo loco dicetur.

Digitized by Google

ARTICVLVS XVII.

De defendre au iour de l'adiournement, ou au plus dedans vn ſeul delay apres.

Ce qu'il ſera tenu de faire, ſinon que pour grande & euidente cauſe luy fuſt baillé vn delay pour tous, pour venir defendre.

Hic articulus ex iuris æquitate eſt depromptus, hauſtus, & deriuatus: quoniam in dilationibus dandis maximè cauſæ cognitione eſt opus, & omnino ab æqui & veri iudicis officio dependet: qui quidem ſi iuſtam aliquã cauſam ſubeſſe dignoſcat, diiudicet aut perſpiciat, dilationem dabit ad defenſiones aut exceptiones proponendas.

ARTICVLVS XVIII.

Vn ſeul delay de garend, & tous autres auant conteſtation, abolis.

Et defendons tous autres delais accouſtumez d'eſtre prins auparauant la conteſtation, ſoit conduis, abſence, attente du conſeil, ou au-

tres, fors ſeulement le delay d'amener garend, ſi la matiere y eſt diſpoſee: ou quel cas il aura vn ſeul delay pour amener ledit garend, qui ſera adiourné à ceſte fin par adiournement libellé comme deſſus.

AD coarctandum illum anfractuoſum iudiciorum circuitum amputandæ fuerunt nimiæ illæ & infinitę dilationes quibus iudicia diffundebantur, & ea duntaxat relinquenda aut obſeruanda, quę ad formam & ſubſtantiam conſtituendi iudicij neceſſaria erant, vt puta laudatio auctoris: quæ quidem & iuſta & neceſſaria eſt: cum ſi contempto & illaudato auctore tale iudicium ferretur contra laudantem ſuũ auctorem, certiſſimum eſt quòd tale iudicium obeſſe non poſſet auctori. Vt autem hæc acutiùs intelligantur, ſciendum eſt auctorum duo genera eſſe: vnũ eorum quos garendos formales appellamus: alterum quos garendos ſimplices. Garendi formales in actionibus realibus laudantur: vt puta ſi prędium mihi venditum ſit, & Seius in rem actione euincere conetur: tunc garendi formalis laudatio permiſſa eſt. Similiter

Digitized by Google

in hypothecariis actionibus ſi tertius hypothecam perſequatur, tunc garendus formalis etiam laudatur. Intellige autem actionem realem reſpectu primi actoris qui eam intentat, non reſpectu perſonæ auctorem laudatus. Nam cum venditus eſt mihi fundus, venditorem quidem habeo obligatum ex contractu perſonali. Si tertius euincit, cauetur: in rem actione illi eſt neceſſariò experiendum, aut ſi ius hypothecæ perſequatur. Et hac in ſpecie auctores illos laudare licet, quos gerendos formales vocant. Garēdi ſimplices in perſonalibus actionibus laudantur. Primum itaque illud genus auctorum qui formales vocantur, ita eſt nominatum & nuncupatum, quoniam, eo nomine in ius vocantur non vt liti duntaxat aſſiſtant, ſed vt ius noſtrum & cauſam ſubeant & ſubſtineant, & cauſam noſtram ſuſcipiant, & propterea ſequi forum illius coguntur qui quidē eos laudauit, quãuis ſpeciali aliquo priuilegio muniti ſint: quaſi in locũ eorum ſubeuntes & ſubintrantes, & perſonam illorum ſuſtinentes. & ita arreſto eſt deciſum. Hi autem auctores ita laudati cauſam ſuſcipere coguntur,

dummodo ante litis conteſtationem laudentur. Nam huiuſcemodi auctores ita laudati, tunc reuera eam litem nomine ſuo ſuſtinere tenebuntur. Ratio quippe euidens eſt, quòd etiam ſi auctor poſt litem conteſtatam adſit liti, litem nomine alterius ſuſcipere non poterit: licet ante cõteſtationem cauſam ipſam & defenſionem ſuſtinere & ſuſcipere permittatur. Hoc tamen intelligendum eſt, quòd in quacunque parte iudicij auctor laudari poterit, & laudatus ab expenſis his demum excuſabitur quæ factę ſunt ante laudationem: cæteras tamen ex ſuo dependere compelletur, ſi contumax fuerit. Alia eſt cauſa eorum quos auctores &(quod vulgò dicitur) garendos ſimplices appellamus. Hi enim in perſonalibus actionibus tãtùm & ante & poſt litem conteſtatam laudari poterunt, & in cauſa appellationis, & in quacunque parte iudicii ad id, vt defenſiones & exceptiones adferant, & euentum iudicij videant: ne eis inauditis iudicium latum eſſe dicatur: non autem vt in locum ſubintrẽt & ſuccedant laudantis. Hic auctor ſimplex ita laudatus, ſi dicat ſe auctorem non

eſſe, aut eo nomine non teneri, coram iudice ſuo cauſam ipſam euocari rectè petet, ex nonnullorum ſententia: & ita arreſtis nonnullis eſt pronunciatum. ſecus in eo quem garendum formalem appellamus. Forma autem laudandorum auctorum erit hæc, vt contra eos quos formales appellamus, formalem (quod aiunt) petitionem & actionem intendamus: in eam nempe formam, vt rem & cauſam & ius noſtrum foueant & ſuſcipiant, & in locum noſtrum ſubintrent, & in eorum dolum & contumaciam, omnes ſumptus, omnes expenſas, damna & intereſſe reſtituere teneantur. In auctoribus autem quos ſimplices vocant, vt nos exceptionibus his tueantur, quæ neceſſariæ ſunt, & in contumaciam omnibus expenſis damnis & intereſſe mulctentur.

ARTICVLVS XIX.

N'aura le garend aucun delay ſinon vn ſeul pour amener autre garend s'il l'a.

Et ſi ledit garend compare, & veut prendre la garentie, il ſera tenu de ce faire au iour de la premiere aſſignation, & conteſter, ſinon qu'il

voulſiſt amener autre garend, pourquoy luy ſeroit pourueu d'vn autre ſeul delay, & de commiſsion libellee comme deſſus.

HIc articulus interpretationem nō deſiderat. æquum enim eſt vt auctor laudatus alium auctorem laudare poſſit: ſed ne res in infinitum protrahantur, dilatio duntaxat vna dabitur. itaque hic auctor poſtremò laudatus ſubintrare & ſubire iudicium poterit, & cauſam ſuſcipere.

ARTICVLVS XX.

De l'executiō des iugemens qui ſeront donnez contre les garends.

Que les ſentences & iugemens donnez contre les garends ſeront executoires contre les garentis, tout ainſi que contre les condamnez, ſauf des deſpens, dommages & intereſts, dont la liquidation & execution ſe fera contre le garend ſeulement.

HÆc ſtatuti regula iuſtiſſima ex cauſa cōſtituta eſt. nam cū variis iuriſcōſultorum atque prudētum reſponſis id

maximè agitatum eſſet, an condemnatio contra emptorem ſicut contra venditorem executioni mandanda eſſet, necne, & an executio ſolùm in bonis emptoris fieri deberet, multi in eam partem diſceſſere, executionem fieri debere in bonis venditoris, & bona eius pignori capi oportere: non autem emptoris. Ab hac tamen regula excipientes fructus & expenſas, ſi auctor laudatus ſoluendo non eſſet. Et quia iuris ratione multæ fraudes nectebantur & cōſtruebantur, cum plerumque emptor in ius vocatus eludendi iudicij gratia auctorem inopem ſibi apponeret & laudaret, qui quidem inopia iudicium latum contra ſe & emptorem eluderet: propterea vt his fraudibus obuiam iretur, ita cautum eſt hoc ſtatuto, vt iudicia lata contra auctores executioni mandari poſſint contra eum qui laudauit auctorem, etiam pro expenſis, damnis, & intereſſe: quorum tamen adiudicatio, & ſubductio duntaxat fiat contra auctorem. Hoc autem admonuiſſe non pigebit, quod eandem vim emptor aut alius laudans auctorem ſuum, eandem condemnatio-

Digitized by Google

nem contra auctorem ſuum conſequetur, ita vt impenſas quas emptor ſuſtinuit, auctor ex ſuo reſarcire teneatur & obſtringatur.

ARTICVLVS XXI.

Deux defaux contre le garend, & profit d'iceux.

Qu'en vertu de deux defauts bien & deuëment obtenus contre le garend, ſera donnee ſentence ou arreſt apres la verification deuement faite par le demandeur en matiere de recours de garendie du contenu en ſa demande.

QVoniã qui laudatur vt auctor, ſtatim bonam fidẽ agnoſcere debet, ideo breui via illius contumacia aut mala fides, ſi qua ſubeſſet, conſtringenda fuit, puta duobus ſolis edictis probata per laudantem intẽtionis veritate teſtibus aut inſtrumentis. facilè enim hæc quæſtio dirimi poteſt, an auctor laudatus cauſam & defenſionem ſuſcipere teneatur, néc ne, & breui hoc tractu componi poteſt. ideo longioribus edictis opus non fuit.

Digitized by Google

ARTICVLVS XXII.

De laiſſer copies des commiſſions & adiournemens.

Que de toutes commiſsions & adiournemens ſeront tenus les ſergens laiſſer la copie auec l'exploict aux adiournez, ou à leurs gens & ſeruiteurs, ou les attacher à la porte de leurs domiciles, encores qu'ils ne fuſſent point demandez, & en faire mention par l'exploict, & ce aux deſpens des demandeurs & pourſuiuans, & ſauf à les recouurer en fin de cauſe.

REgula hęc magna æquitate nititur: nempe cum prioribus ſtatuti regulis ita præſcriptum ſit, citationem omnem formam & ſubſtantiam libelli actionis intentandæ complecti debere, vt reus ad diem præſcriptam comparatus in iudicium veniat: æquum ſanè eſt libelli copiam viatorem relinquere domi, aut certè ædibus affigere, & id ſumptibus actoris, ne reus cui defenſionis onus incũbit, die dimenſa & præſcripta incertus de re petita obmuteſcat, & in eremodicium incidat. hoc igitur ita ſta-

tutũ & confirmatum eſſe decet, ſemper copiam libelli & relationis edendam & relinquendam ei qui in ius vocatus eſt.

ARTICVLVS XXIII.

Que les parties eſliront domicille dés la premiere aſſignation.

Nous ordonnons que tous plaidans & litigans ſeront tenus au iour de la premiere compari- tion en perſonne, ou par procureur ſuffiſam- ment fondé, declarer ou eſlire leur domicille au lieu où les procez ſeront pendans : autre- ment, & à faute de ce auoir deuëment faict, ne ſeront receuables : & ſeront deboutez de leurs demandes, defenſes ou oppoſitions reſ- pectiuement.

HIC articulus interpretationem lõgiorem non requirit. nam æquum eſt, vt citius lites finiantur & componantur, domicilium eligi : vt ſiqua noũa ſit citatione opus, promptior ſit locus in quo vterque ex litigantibus & in ius vocari, & citationem exequi poſſit. Nec tamen ita hoc ſtrictè interpretabimur, vt ſi alter ex litigantibus domici-

lium non elegerit, ſtatim ab actione aut exceptione ſummoueatur ac repellatur: ſed ita demum, ſi in electione domicilij alter ex litigantibus contumax fuerit. Porrò licet domicilium electum ſit, ſi quæ tamen nouæ rationes emergant in quibus officium, præſentia, aut ſcientia alterius ex litigantibus requiratur, ea dilatio dabitur & temperabitur pro ratione & perſonarum & locorum, quæ quidem daretur alteri ex litigantibus, & ei qui in ius vocatur, ſi domicilium electum non eſſet: vt puta ſi pro examinandis de nouo teſtibus, aut reprobandis, & factis nouis reſpondendo, vel nouis inſtrumentis producendis aut confutandis agatur. tunc enim ſciẽtia & præſentia deſideratur.

ARTICVLVS XXIV.

De deux defaux en tout où l'on ſouloit vſer de quatre.

Qu'en toutes matieres ciuiles & criminelles ou l'on auoit accouſtumé vſer de quatre defaux, ſuffira d'y en auoir deux bien & deuëment obtenus par adiournemens faicts à perſonne ou à domicille, ſauf que les iuges ex officio

en

Digitized by Google

en pourront ordonner vn troiſieſme ſi leſdicts adiournemens n'ont eſté faicts à perſonne, & ils voyent que la matiere y fut diſpoſee.

CErtum eſt edicta hæc ea tantùm mente eſſe promulgata, vt lites ipſæ quæ quidem immenſæ & infinitæ eſſe dicuntur, breuiori temporis circulo finirentur. Cum autẽ non ſolùm in præſentes, ſed etiam in contumaces iudicia plerũque præferenda ſint, quę quidẽ cõtumacia ex diſpoſitione iuris litis dãno coercetur, regula certa præſcribenda fuit non ſolùm in ciuilibus & ordinariis negociis, ſed etiam in extraordinariis, qua breuiſſimo tempore ordinem illum iudiciorũ contexere liceret. In omnib⁹ ergo negociis ſiue ciuilibus ſiue criminalibus in quibus ex antiquo more, ritu & conſuetudine iudiciorum antiquorum, edicta quatuor requirebantur, duo tantùm obtinuiſſe ſufficiet citatione legitima præcedente, vt pote domi facta, aut perſonæ in præſentia teſtium. Quatuor igitur illa edicta in duo ſunt coanguſtata. Veruntamen quoniam in hoc iudiciorum ordine plurima arbitrio iudicis relinquuntur, & bonas ſibi

partes in dilationibus dandis aut huiuſcemodi edictis proferendis & promulgandis æquitas iudicis ſibi vendicat, non ita ſummo iure hæc omnia agentur: quoniam aliquando iudex ex æqui & boni partibus tertium aliquod edictum ad omnia tutius aut ſecurius peragēda proferre poterit, vt lex ciuilis cēſuit & hac æquitate curia ipſa vtitur.

ARTICVLVS XXV.

Des defaux en matiere criminelle, & du profit d'iceux.

Qu'és matieres criminelles par vertu du premier defaut donné ſur adiournement perſonnel ſera decerné prinſe de corps: & s'il y a deux defaux, ſera dict qu'à faute de pouuoir apprehender le defaillant, il ſera adiourné à trois briefs iours, auec annotation & ſaiſie de ſes biens iuſques à ce qu'il ait obey.

HIc attendendus eſt ordo iudiciarius in extraordinariis negociis & iudiciis. Cum itaque vocatur aut citatur in ius reus: ſi contumax ſit, tunc vinculis eſt coercendus, nō ratione delicti, ſed contumaciæ. Vocati enim nō

eſt contemnere illam prætoris aut iudicis ſacroſanctam auctoritatem, ſed in iudicio ſiſtere. Si porrò geminata fuerit contumacia, tunc tribus edictis euocabitur, & bona ipſa pignori capientur, & ex grauitate aut atrocitate delilicti poſtquam teſtes repetiti fuerint, adiudicabuntur aut addicentur : vel certè ſumma aut mulcta aliqua nummaria irrogabitur aut æſtimabitur ſuper bonis capienda.

ARTICVLVS XXVI.

Le ny que l'on ſouloit permettre aux defaillans, aboly.

En toutes actions ciuiles où y aura deux defaux, ſera par vertu du ſecond le defendeur debouté des defenſes, & par meſme moyen permis au demandeur de verifier ſa demande : & apres l'enqueſte faicte, ſera la partie adiournee pour voir produire lettres & tiltres, & bailler contredits, ſi bon luy ſemble, & prendre appoinctement en droict, ſans ce qu'il ſoit neceſſaire ordonner que le defaillant ſoit adiourné pour bailler ſon ny.

Poſt ordinem in negotiis aut iudiciis extraordinariis præſcriptum, proui-

dendum aut conſulendum in his negociis fuit quę ciuilia ſunt, & ciuili ac ordinaria ratione diriguntur. In ciuilibus ergo ſi contumacia rei geminata reperiatur, tunc ab exceptionibus ſuis excludetur, & actori intentionis ſuæ aut actionis probatio relinquetur. Ne autem lis ipſa temere aut ſine ratione vlla dirigi credatur, reo inſtrumenta edentur quibus actor nititur, vt ea refutare & oppugnare poſſit, & actorem ipſum plerumque non probantem intentionem ſuam, ab ea repellere. ea enim non probata, reum etiam nihil ex ſe edentem plenè eſſe abſoluēdum certum eſt.

ARTICVLVS XXVII.

De ne donner ſentence par contumace ſans preuue de la demande.

Qu'auparauant que donner aucunes ſentences contre les defaillans contumax & non comparans, le demandeur ſera tenu faire apparoir du contenu en ſa demande.

Hic articulus veterem diſputationē & antiquum illum & obſoletum

Digitized by Google

iudiciorum ritum excludit. Antiquis enim moribus etiam actore non probante reus contumax plectebatur, & ſemper cauſa aut lite excidebat, & in eo ratio contumacię duntaxat habebatur: quod tamen iniquum eſſe repertum eſt, vt calumnioſus aut temerarius actor plerumque reum timentem aut pauidũ ita percelleret, vt in iudicio metu alicquo iniuſto prodire nollet, & ita & bonis & capite iniquiſſimè mulctaretur: propterea in ciuilibus maximè negociis ita eſt comparatum, vt actor intentionem ſuam probare debeat, alioqui excludendus.

ARTICVLVS XXVIII.

Vray contumax ne ſera receu comme appellant.

Que les vrais contumax ne ſeront receus comme appellans: ainçois quand par la deduction de leurs cauſes d'appel, & defenſes au contraire, il appert que par vraye deſobeyſſance & contēnement de iuſtice ils n'ayent voulu comparoir, ſeront declarez non receuables comme appellans: & ordonné que la ſentence

Digitized by Google

dont a eſté appellé, ſortira ſon plein & entier effect, & executee nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques.

HOc caput ſtatuti ex regula ciuili eſt deprompτum, verum cõtumacem vt appellantem non audiendum. Verum autem contumacem breuibus verbis eum dicemus, qui perſonaliter à iudice admonitus, ſe in iudicio non ſtaturum contumaci & ſuperbo ore eſt profeſſus. Tunc enim contumaci illi penitus defenſionis facultas eſt præcidenda, & præcisè deneganda. Qui enim ab ipſo iudice admonitus ſiſtere in iudicio noluit, meritò excludendus fuit, vt lex ait. & ita intelligendum duximus. Nonnullorum tamen hæc fuit ſententia, eum eſſe contumacem verum, qui quouis edicto, qualibet interpellatione admonitus, ne ſemel quidem in iudicio ſtitit. eum verò non eſſe verum contumacẽ, qui aliquando ſtitit, licèt ad præſcriptum diem non ſemper ſtiterit. Ego reuera id obſeruari non vidi. nam etſi veræ contumaciæ hæc eſſet poſtrema diffinitio, apud nos non obſeruari iure aſſererem, cum etiam hi qui nunquam

in iudicio ſtiterūnt, & vt appellantes admittuntur, & reſcripto principis reſtituuntur aduerſus huiuſcemodi contumaciam.

ARTICVLVS XXIX.

Remede en cauſe d'appel au contumax s'il y a doute en la contumace, & il a apparence de bon droict.

Et s'il y auoit quelque doute ſur la contumace, & que l'appellant allegaſt aucunes defenſes peremptoires dont il feiſt promptement apparoir, à tout le moins ſommairement, luy ſera donné vn ſeul delay pour informer plainemēt de ſeſdites defenſes, tant par lettres que par teſmoings, & ſa partie au contraire à ſes deſpens. Pour le tout rapporté leur eſtre faict droict ſur la cauſe d'appel ſans autre delay ne forcluſion.

QVoniam contumacia ipſa fauore quodam defenſionis pluribus rationibus purgatur, nec iudicia ea quæ contra contumaces proferuntur, tanta auctoritate conſtituta exiſtimantur, atque ſi cum præſente & defenſo lata eſ-

ſent: propterea ſiquando contumaciæ effectus in dubium reuocatur, aut cum contumax inſtrumenta aliqua aut probationes ſiue artificiales, aut inartificiales de nouo depromit, puta cum teſtibus aut inſtrumentis cauſam ſuam tueri velit, tunc in cauſa appellationis ſanè audietur, ea tamen lege aut conditione, vt pars aduerſa huiuſcemodi inſtrumenta refutare & impugnare illius expenſis poſſit. Et hoc obſeruatur in cauſa appellationis, maximè cum de infirmandis iudiciis perperam latis agitur.

ARTICVLVS XXX.

Sentences par contumace qui ſeront executoires nonobſtant l'appel.

Que les ſentences par contumace donnees apres la verification de la demande, ſeront executoires nonobſtant l'appel, és cas eſquels elles ſont executoires ſelon nos ordonnances quand elles ſont donnees parties ouyes.

REgula hæc mirum quid & nouum concludere & complecti videtur.

nam antiquo illo iudiciorum ritu & ordine numquam iudicia contra contumaces lata, eandem authoritatem, atque ſi contra præſentes & defenſos lata eſſent, habebant, nec executioni mandabantur ſi ab eis appellaretur, etiã ſi ſententia ipſa contra præſentes & defenſos lata, diſpoſitione ciuili & ſtatutaria mandari poſſet executioni pendẽte appellatione, & ſine præiudicio illius. & hoc antiqua arreſta perſonabant. Tamen non immeritò & maxima cum ratione id conſtitutum & comparatum eſt, vt iudicia etiam contra contumaces lata pendente appellatione executioni mandari poſſint, non ſecus atque ſi contra præſentes & defenſos lata eſſent. Nam qui contumax eſt, deterioris conditionis eſſe debet quàm qui in iudicio ſiſtit, & iudicis imperio aut mandato paruit. Cauſæ autem hæ & ſpecies in quibus pendente appellatione ſententiæ ipſæ executioni mandari poſſunt, poſtea ſuo ordine colligentur, & in caput conferentur. Nec in hoc diſtinguemus an iudicia lata ſint per cõtumaciam, an forcluſionem. Nam licèt differentia ſit inter defectum & for-

cluſionem (quam obiter hîc enarrare non pudebit) tamen ad præſentis articuli explicationem parum proderit. Ante litem conteſtatam defectus vocãtur, poſt litem cõteſtatam excluſiones: licet impropriè defectus nominentur à nonnullis pragmaticis. Subſtantiæ autem ratio diuerſa eſt. nam ante litem conteſtatam multiplicata contumacia cauſæ victoriam adiudicat aut ex parte rei, aut ex parte actoris, probata intentione agentis, ſi actor vincere velit. Contra à lite conteſtata forcluſionum effectus hoc includit duntaxat, vt excludatur vel reus vel actor ab eo quod præſtare aut agere debebat per iudicis præceptum aut interlocutionem. Licet autem per contumaciam aut defectus aut excluſionis ratione iudicia proferantur, ex hac ſtatuti regula ſémper executioni mandari poterunt:

Digitized by Google

ARTICVLVS XXXI.

Contre les ſentences donnees par forcluſion n'y aura remede que par appel.

Et quant aux ſentences donnees par forcluſion ne ſeront miſes au neant, mais ſe vuideront les appellations An bene vel male, *par appellation verbale, ou procez par eſcript ſelon ce que la matiere y ſera trouuee diſpoſee.*

Hic articulus apud nos obſoleuit, & antiqua forma æquitate quadam obſeruatur, vt refuſis expenſis forcluſionis quam vocant, appellans iura ſua deducere in iudicium poſſit. & ita arreſtis curiæ eſt diiudicatum.

ARTICVLVS XXXII.

Vn ſeul delay pour informer ou faire enqueſte.

Que tous delays de prouuer & informer, ſeront peremptoires pour tous, ainſi qu'ils ſeront arbitrez par les iuges tant de nos cours ſouue-

Digitized by Google

raines qu'autres, ſelon la qualité des matieres, & diſtance des lieux, lors que les parties ſeront appoinctees à informer.

ARTICVLVS XXXIII.

Prouiſion d'autre delay en cas de diligence ſommairement verifiee.

Et n'y aura qu'vn ſeul delay pour informer ainſi moderé & arbitré comme dict eſt, fors que ſi dedans ledit delay il eſtoit trouué que les parties euſſent faict leur deuoir & diligences, & n'euſſent eſté en coutumace & negligence, on leur pourra encores donner & moderer autre delay pour tous, faiſant prealablement apparoir à tout le moins ſommairement & en premiere apparence de leurſdictes diligences, & purgeans leurſdictes contumaces & negligences.

Hoc iure vtimur, vt ſanè omnis dilatio peremptoria ſit cum de teſtibus interrogandis aut examinandis agitur. Itaque neceſſe eſt ad ſecundam dilationem conſequendam ex facie aliqua inſtrumenti de diligentia conſtare, ſaltem ſummariè: quo fa-

Digitized by Google

cto ſecunda dilatio datur. Quòd ſi intra ſecundã dilationẽ alterutrius ex litigãtibus, licèt diligens ſit, teſtes planè & perfectè examinari non potuerint, etiã tertia dilatio dabitur, ratione iuris certiſſima, qua quidem cautum eſt, facultatem probationum, vt fauorabilem, non eſſe coanguſtandam nec conſtringendam. Itaque cum iudex dilationem hanc tertiam denegat, plerumque appellari ſolet: & in decidenda cauſa appellationis id obſeruatur, vt dilatio tertia detur, & appellans ſi qua in contumacia aut negligentia fuiſſe reperiatur, expenſis cauſæ appellationis plectatur & mulctetur. Hæc capita ſtatuti ita ſtrictè moribus noſtris non obſeruantur, vt ab eis aliquando recedere non liceat: nam, vt ſuprà diximus, ſupremium illud tribunal, quod æquitatem penitus incluſam in pectore habet, ex cauſa & tertiam & quartam dilationem dare plerumque ſolet: nec in eo à ratione iuris aut legis recedit.

Digitized by Google

ARTICVLVS XXXIV.

Aucun autre delay de faire enqueſte ne ſera baillé apres ledit ſecond delay, ſoit par relief, ou autrement.

Apres lequel ſecond delay paſſé ne ſera permis aux parties de faire aucunes preuues par enqueſte ne teſmoings: & ne leur en pourra eſtre baillé ne donné delay pour quelque cauſe ne occaſion que ce ſoit, par relieuement, ne autrement.

Hoc caput, vt eſt ſuprà dictum, non obſeruâtur moribus noſtris, ſed vt plurimum ab eo ex æqui & boni ratione receditur: & in hoc leſbia illa norma vti ſolet ſupremum illud & ſanctum tribunal.

ARTICVLVS XXXV.

Defenſe de ne bailler ne impetrer lettres au contraire ſur certaines amendes.

Et defendons à tous gardes de ſeaulx de nos Chancelleries de n'en bailler aucunes lettres,

Digitized by Google

& à tous nos iuges tant de nos cours ſouueraines qu'autres, de n'y auoir aucun regard: ains les impetrans eſtre promptement deboutez, & condamnez en l'amende ordinaire, telle que du fol appel enuers nous, & en la moitié moins enuers la partie.

Simili ratione hoc caput ſtatuti non obſeruatur, nam paſſim reſcriptis huiuſcemodi dilationes conceduntur: & hæc omnia planè arbitrio iudicis relinquuntur.

ARTICVLVS XXXVI.

Reſponſes par credit *vel non*, & contredicts aux depoſitions de teſmoings abolis.

Qu'il n'y aura plus de reſponſes par credit ne contredits contre leſdits teſmoins. Et defendons aux iuges de ne les receuoir, & aux parties de ne les bailler ſur peine d'amende arbitraire.

Hoc maximè obſeruatur: quoniam loco huiuſcemodi reſponſorum litigantes inuicem à iudice ſacramento rogari poſſūt, & mutuis interrogatoriis & reſponſis veritas ipſa elici poteſt.

Quantum ad refutationes teſtium pertinet, & quod vulgò dicitur contradictoria, æquum ſanè eſt huiuſcemodi ſuperfluum & inutile genus contradictionum omittere. nam ſi qua contradictio ſit, ex facie ipſa & contextu depoſitionis teſtium colligi poteſt.

ARTICVLVS XXXVII.

Permiſſion aux parties de ſe faire interroger.

Et neantmoins permettons aux parties de ſe faire interroger l'vne l'autre pendant le procez, & ſans retardation d'iceluy, par le iuge de la cauſe, ou autre plus prochain des demourances des parties qui à ce ſeront commis, ſur faicts & articles pertinens & concernans la cauſe & matiere dont eſt queſtion entre elles.

ARTICVLVS XXXVIII.

Affermeront les parties leurs faicts: & interrogez ſur les faicts l'vne de l'autre reſpondront categoriquement ſur certaines amendes.

Et ſeront tenus les parties affermer par ſerment les faicts contenus en leurs eſcriptures & additions,

Digitized by Google

ditions, & par icelles, enſemble par les reſponſes auſdits interrogatoires, confeſſer ceux qui ſeront de leur ſcience & cognoiſſance, ſans les pouuoir denier ou paſſer par non ſçauance.

Hæc regula ſtatuti æqua eſt, & magnopere commẽdanda. nam quid ſanctius aut rectius ſtatui potuit, quàm ex confeſſione vniuſcuiuſque veritatem elici, & vnumquemque ex litigantibus confeſſione ſua confodi & conuinci? Eſt autem ita moderanda regula, vt qui litigat, non ſuper omnibus articulis interrogari & ſacramento rogari poſſit, etiam qui ad cauſam non pertinent, ſed duntaxat ſuper his qui quidem ad cauſæ ipſius cardinem & deciſionem pertinent, aut ab ea dependent. Nam ſi ſint articuli alieni à cauſa, & quos impertinentes vocant, nec ad robur ipſius cauſæ faciant, tunc reus ſuper his interrogatus reſpondere non cogetur: puta ſi facti alicuius ſcientia ab eo requiratur, cuius quidem confeſſio nihil ad cauſam ipſam pertineat, nec deciſionem aliquam cauſæ afferre poſſit. Secus ſi ſint articuli pertinentes, &

Digitized by Google

quorum ſcientia & cognitio à facto ipſius interrogati dependeat, & quorum cõfeſſio ad deciſionem cauſæ & cognitionem veritatis maximè ſpectet. tunc enim ſuper his reſpondere cogitur, vt ad cauſam ipſam pertinentibus, maximè ſi recens memoria facti eſſe poſſit. ſecus ſi ſint antiqua facta, & ab antiquo repetita. tunc enim quoniam plerumque fallimur, & memoria labimur, certum eſt dubitare in his licere ſi certam cognitionem aut ſcientiam non habeamus, nec præciſe ſuper his reſpondendum eſſe. Hæc tamen excipiemus, niſi facta vt ſimpliciter vera à nobis allegata ſunt & cõfirmata. tunc enim huiuſcemodi facta vera confiteri neceſſariò debemus, nec in his hæſitare aut dubitare licet: quippe cùm nec vera nec probabilis ſit ignorantia: nec quicquam aſſerere aut ſacramento confirmare debeamus: quod ex veritate ipſa depromptum non ſit, maximè cum illa à facto noſtro ac voluntate dependent.

Digitized by Google

ARTICVLVS XXXIX.

L'amende qu'emporte chacun faict calumnieuſement denié en toutes cours.

Et ce ſur peine de dix liures Pariſis d'amende pour chacun faict denié calumnieuſement en nos cours ſouueraines, & cent ſols Pariſis és iuriſdictions inferieures. eſquelles amendes ſeront leſdites parties condemnees enuers nous, & en la moitié moins enuers les parties pour leurs intereſts.

CAlumnia quomodo dignoſcatur, videndum eſt. Et ſanè calumnioſam denegationem aut inficiationem tunc intelligemus, cum interrogatus reus aut actor denegat & inficiatur id quod & ſcire & cognoſcere ex veriſimili ratione iuris intelligitur, & in quo nec vera nec veriſimilis eſt ignorantia: vt puta ſi de re aut negocio recenti ab eorum facto dependente interrogentur. tunc enim quanam ratione in eo iuſtam aliquam ignorantiam colligere poſſumus, & qui non calumnioſè de-

negare aut inficiari dicemus eum qui factum & certum & probatum & à voluntate ſua dependens inficiari reperietur?

ARTICVLVS L.

Amende de faicts calumnieuſement propoſez.

Et ſemblable peine voulons encourir ceux qui auront posè & articulé calumnieuſement aucuns faux faicts, ſoit en plaidant, ou par eſcriptures, ou autres pieces du procez.

Hoc caput longiorem interpretationem non deſiderat. nam pœna duntaxat æſtimatur & indicitur ei qui calumniandi animo aut ingenito falsũ propoſuiſſe aut deduxiſſe factum dicetur vel litigando, vel ſcriptis. Nam vera ſequi, vt & iudices, debemus: nec in eo Tullio aſſentiemus, qui veriſimilia dicendi duntaxat partes aduocato adſcribit. Pœna enim quę dignior eſſe poteſt, quàm eum peſſimè mulctari, qui peſſimè & impudenter eſt mentitus?

Digitized by Google

ARTICVLVS XLI.

Autre amende de calomnieux faicts de reproches.

Que pour chacun faict de reproche calumnieuſement propoſé, qui ne ſera verifié par la partie, y aura condemnation : c'eſt à ſçauoir en nos cours ſouueraines de vings liures Pariſis d'amende, moitié à nous, & moitié à la partie, ou de plus grand peine pour la grandeur de la calomnie deſdits propoſans, à l'arbitration de iuſtice : & en la moitié moins en nos iuſtices inferieures.

HIc articulus planam habet& promptam interpretationem. Nam cum in litibus quæ in facti quæſtione versãtur, nihil occultius aut abſtruſius eſſe poſſit quàm veritatis ipſius cognitio, tamen cum facti ipſius veritas emergere cœpit, plerumque falſis ac commentitiis teſtium refutationibus veritas ipſa offunditur, cum eleuare vnuſquiſque teſtium teſtimonia contendit, & falſis aut inauditis factis eorum teſtimonia comprimere. ideo pœna meritò

conſtituitur in eos qui huiuſcemodi facta falsò proponunt, cùm conſtet eos non alio animo quàm calumniandi huiuſcemodi facta falsò ingeſſiſſe, & ita veritati ipſi officere & caliginem offundere voluiſſe.

ARTICVLVS XLII.

Defenſes de n'alleguer raiſons de droict où il ne giſt que faire enqueſte.

Nous defendons aux parties, leurs aduocats & procureurs de n'alleguer aucunes raiſons de droict par leurs intendits, eſcriptures, additions & reſponſifs fourniz és matieres reiglees en preuues & enqueſtes : mais ſeulement leurs faicts poſitifs & probatifs, ſur leſquels ils entendent informer & faire enqueſte.

AEquum ſanè eſt caput iſtud ſtatuti, & magna æquitate nititur. nam cum facti duntaxat eſt quæſtio, ad Ciceronem itandum aiebat Gallus, non cum de iure quæreretur. Si enim eſt duntaxat coniecturalis cauſæ ſtatus, &

Digitized by Google

inficialis , & ſic facti quæſtio in eo ſolùm vertitur, vt puta an ſe factum ſit, nécne , quod in veri aut falſi partibus conſiſtit : fruſtra in eos iuris rationes quæ duntaxat à iuridiciali aut qualitatis ſtatu dependent, allegantur, cũ duntaxat facti vera indagatione opus ſit. Sed hæc omnia non ita ſtrictè obſeruari ſolent, cùm non ſolùm difficile, ſed penè impoſſibile ſit vt facti quæſtio non aliquid iuris in ſe commixtum aut implicitum habeat. & ita ſi qua allegatio fiat, ad facti eruendam veritatem aut confirmandam fieri ſolet.

ARTICVLVS XLIII.

Briefueté commandee.

Et que leſdits faicts ſoient ſuccinctement poſez & articulez ſans redicte ne ſuperfluité.

BReuitas & laconiſmus maximè cõmendantur, cum longitudo & verborum redundantia plerumque iudicũ aures obtundat, & memoriam obruat, vt inquit Tullius.

Digitized by Google

ARTICVLVS XLIIII.

Vne addition ou deux au plus.

Ne reſpondront les parties que par vne ſeule addition ou deux au plus, en quelque matiere que ce ſoit.

RAtio huius ſtatuti condendi hæc fuit, quoniam plerumque antiqua memoria partes inuicem bina, trina aut quaterna reſponſione reſpondebant, & infinitas quidem ſcripturarum paginas edebant. propterea ad circuncidendos & amputandos huiuſcemodi litium ramos aut radices, ita conſtitutum eſt & comparatum, vt vnica duntaxat reſponſione reſponderetur. ſed id nõnunquam ex cauſa & æquitate iudicum & voluntate partium immutatur.

ARTICVLVS XLV.

Peines contre les Aduocats & Procureurs contreuenans.

Et voulons que les Aduocats & Procureurs

contreuenans à ce que deſſus, ſoient pour la premiere fois puniz enuers nous d'vne amēde de dix liures Pariſis: pour la ſeconde fois de la ſuſpenſion de leur eſtat pour vn an: & pour la troiſieſme priuez à touſiours de leurdit eſtat & office de poſtulation, & ſans deport.

Hoc caput ſtatuti id duntaxat comminatur: vt hactenus breuitas illa ordinis iudiciarij conſeruetur & dirigatur.

ARTICVLVS XLVI.

De communiquer tiltres en matiere beneficiale, & de la peine en defaut de ce faire.

Que és matieres poſſeſſoires beneficiales l'on cōmuniquera les tiltres dés le commencement de la cauſe. Pourquoy faire le iuge baillera vn ſeul delay competent tel qu'il verra eſtre à faire ſelon la diſtance des lieux. & par faute d'exhiber ſe fera adiudication de recreance ou maintenue ſur les tiltres & capacitez de celuy qui aura fourny, qui ſera executee nonobſtant l'appel quand elle ſera donnee par

Digitized by Google

nos iuges reſſortiſſans ſans moyen en noſdi-tes cours ſouueraines.

STatutum hoc ea lege & mente conſtitutum & conditum eſt, vt fraudibus eorum obſiſteretur & occurreretur, qui in inſtrumenta cauſæ furtiua quadam aſtutia ſubticendo aut recondendo, alterum duorum iniquiſſimè tentabant; aut aduerſarium lite longa diuexare, & in multos annos diffundere: aut veritatem ipſam, quæ quidem ex collatis inſtrumentis & recognitis dignoſci poteſt, occultare. nam cum tempora temporibus, tituli titulis conferuntur, ex circunſtantia ipſa ſolius temporis controuerſiæ ipſæ plerunque diſceptantur & diiudicantur. prioritas enim temporis, & iuſtitia tituli in huiuſcemodi controuerſiis, omnem prorſus quæſtionem decidunt. Si ergo alter ex litigantibus contumax ſit, nec inſtrumenta cauſæ ſuæ edere velit, ita eum conſtringemus, vt ex inſtrumentis ſolis producentis vindiciæ ipſæ adiudicari poſſint, puta ſi de qualitate debita, & ad tale beneficium obtinendum requiſita legitimè doceat, ſi characterem

illum ſanctum ſibi impreſſum, ſi titulum legitimum aut ſaltem coloratum proferat. Nam niſi ſe capacem, & legitimo titulo munitum, ſaltem colorato, doceat, contumacia aduerſarij eum capacem efficere non poterit: nec ei vindiciæ adiudicabuntur: cum beneficium non niſi cum legitima & canonica inſtitutione poſſideri poſſit. Iudiciũ autem huiuſcemodi vindiciarum ita demum executioni mandabitur, ſi forma ſtatuti olim pręſcripta obſeruetur: puta ſi iudex ſit cuius appellationes ab eo vt prætore & iudice immediato ad curiam deuoluantur. ſecundò, ſi talis ſententia ipſius iudicis & ſex aſſeſſorum ſignis ſubſignata ſit. in hac enim duntaxat ſpecie executioni mandantur nonobſtante appellatione, & ſine præiudicio illius.

ARTICVLVS XLVII.

Vn ſeul brief delay pour eſcrire & produire eſdites matieres.

Et apres que les parties auront conteſté & eſté appoinctees en droict, leur ſera baillé vn ſeul

brief delay pour eſcrire & produire, que ne pourra eſtre prorogé pour quelque cauſe que ce ſoit.

IDem ſpirat & perſonat caput iſtud, quod & ſuperiora capita: vt puta litiũ immenſos anfractus amputandos & præcidendos. propterea cùm iura partium in eo ſunt conſtituta, vt iuris dũtaxat quæſtio ſit, ſola & vnica dilatio datur: quæ quidem non niſi ex cauſa prorogari aut proferri poteſt. omnia enim iſta dilationum ſubſidia cum cauſæ cognitione maximè concedenda ſunt, & in æquitate & arbitrio iudicis planè repoſita ſunt.

ARTICVLVS XLVIII.

Delais pour veoir par les parties leurs productions, & les contredire & ſauuer.

Et auront communication de leurs productions dedans trois iours, & d'huictaine en huictaine apres pourront bailler contredicts & ſaluations: autrement n'y ſeront plus receuz: ainçois ſera le procés iugé en l'eſtat ſans autre

Digitized by Google

forcluſion ne ſignification de requeſte, & ſans eſperance d'autre delay par lettres de relieuement, ne autrement.

Hic contexitur qui ſupereſt ordo iudiciorum in huiuſcemodi beneficiorum quęſtionibus & negociis, quoniam plurimis in locis inexplicabili litigantium aſtutia, & infinitis tendiculis & diuerticulis lites ipſæ nonnunquam tres aut quatuor ætates & ſecula multa ſuperant. itaque plerumque qui litigat, cum defunctus eſt his moleſtiis, & paululum ad ſe redire cœpit, antequam bonis frui poſſit, ad ſuperos tranſuolat.

ARTICVLVS XLIX.

De ne pourſuiure en petitoire en court d'Egliſe que le poſſeſſoire ne ſoit entierement vuidé & executé.

Apres le poſſeſſoire intenté en matiere beneficialle, ne ſe pourra faire pourſuitte par deuant le iuge d'Egliſe ſur le petitoire, iuſques à ce que le poſſeſſoire ait eſté entierement vuidé par iugement de plaine maintenue, & que les

Digitized by Google

parties y ayent ſatisfaict & fourny, tant pour le principal que pour les fruicts, dommages & intereſts.

HIc articulus ex iuris fontibus planè hauſtus eſt & depromptus. Ordinarij enim iuris eſt prius cauſam poſſeſſionis decidi & diffiniri, quam petitorij fines ingrediamur: & ita moribus noſtris receptum eſt. Itaque ſi iudex eccleſiaſticus priuſquam cauſa poſſeſſionis per iudicem laicum deciſa ſit, de negocio ipſo cognoſcere velit, tunc ab abuſu ad curiam appellari ſolet. Idē ſtatuemus ſi priuſquam is qui in iudicio poſſeſſorio ſuccubuit, fructus reſtituerit, damna & intereſſe reſarcierit, & omnino iudicium poſſeſſorium executioni mandatum ſit. nam aliter fines aut cancellos petitorij ingredi nō licet. Itaque ſæpiſſime ita iudicatum & deciſum eſt multis ſenatuſconſultis, eccleſiaſticum iudicem nullas ſibi partes poſſe vēdicare in petitionis quæſtione, niſi prius aut de poſſeſſione cognitum ſit per iudicem laicum, qui quidem iudex eſt legitimus: aut iudicium poſſeſſorium illud executioni mandatum ſit.

Digitized by Google

ARTICVLVS L.

De faire regiſtres des ſepultures.

Que des ſepultures des perſonnes tenans benefices ſera fait regiſtre en forme de preuue par les chapitres, colleges, monaſteres & cures, qui fera foy, & pour la preuue du temps de la mort, duquel ſera faict expreſſe mention eſdicts regiſtres, pour ſeruir au iugement des procez où il ſeroit queſtion de prouuer ledit temps de la mort, à tout le moins quant à la recreance.

QVA mente ſtatutum id conſtitutum ſit, nemini non liquere exiſtimo. Nam plerique corpora eorum qui beneficiis aliquibus donati erant, condiebant, & domi abſcondita aut abſtruſa diutius recondebant, ne mors in lucem veniret, & interim beneficia ipſa peti, impetrari aut obtineri poſſent. Qui autem huiuſcemodi fraudes committũt, acerrimè ſtatutis plectuntur, & in pœnam edicti quæ poſtea conſtituta eſt, incidunt, ita tamen, vt etiam ſi ſint clerici qui corpus occultarint, iuriſdi-

ctionem iudicis laici ſubeant, nec non condemnentur pro caſu priuilegiato: nec in eo forum laicum declinare poſſunt. Eo enim ipſo quòd legem ſtatutariam violarunt, priuilegiati delicti ratione curiæ laicæ ſubiiciuntur, & ab ea plecti poſſunt. & ita nouiſſimè arreſto deciſum eſt in cauſa pro canonicatu Lingonenſi pendente. Rationem aliam addendo, quoniam qui ex litigantibus huiuſcemodi ſtatutum violaſſe reperietur, beneficij ipſius poſſeſſione excidere & omni iure illius debet: nec in poſſeſſorio vllam amplius quæſtionem aut negocium faceſſere poterit. quod quidem non niſi ſententia iudicis laici qui de poſſeſſione cognoſcit, decidi poteſt. Quoniam itaque ſupra deductis capitibus ampliſſimè obuiam itum erat fraudi eorum qui corpora paſſim recondebant & condiebant, ne dies mortis illuceſceret, & eò potiſſimùm controuerſia litigantium recidit, vt puta in perſcrutanda die mortis aux exitus defuncti de cuius beneficio agitur, aliis eum prædeceſſiſſe, aliis pòſt deceſſiſſe prædicantibus: cum omnis controuerſia in ea facti quæſtione vertatur, ideo

ne-

ne amplius eò controuerſia partium recideret, hoc caput vltimum conſtitutum fuit, vt auctoritates publicæ & publicam authoritatem amplectentes fiãt de morte defuncti: vt ſi quando controuerſia incidat mortis defuncti, ex his monumentis & publicis auctoritatibus fides depromatur: quibus quidem inſtrumentis ſtandum erit, ſaltem vt vindiciæ adiudicentur.

ARTICVLVS LI.

De faire regiſtres des bapteſmes.

Auſſi ſera faict regiſtre en forme de preuue des bapteſmes, qui contiendront le temps & l'heure de la natiuité, & par l'extraict dudict regiſtre ſe pourra prouuer le temps de maiorité ou minorité, & ſera pleine foy à ceſte fin.

Licet hic articulus cum ſuperiore conſentire aut conſonare non videatur, vt de re diuerſa: loquens tamen commixta quadam ratione æquitatis coniungi & copulari poteſt. Nam in plurimis iudiciis cum de ætate quæſtio

vertitur, obſcura & ambigua vtrinque teſtimonia eruuntur, & facilè nonnunquam à veri ratione norma & regula diſceditur. Cum itaque gratia aut præmio aut alia ratione teſtimonia contorqueri poſſint, ideo mirandum non eſt ſi ſtatuta in eam partem maximè conſulere voluerunt. Vt itaque certa probatio ætatis ſit, monumenta etiam publica & publicæ fidei conficienda aut conſcribenda fuere, quibus ætas ipſa certiſſima ratione contineretur, & quæ fidem publicam facerent: vt cùm de ætate diſputandum eſſet, ad alias probationes quàm ſupradictos codices aut monumenta decurrendum non eſſet. Nam & libri natalium ex patris monumentis depromti, ex ratione & diſpoſitione iuris fidem cum aliis indiciis aut monumentis coniuncti, certiſſimam faciunt: quantò magis inſtrumenta illa publica, & publica manu atque auctoritate cõfecta fidem facere debent?

Digitized by Google

ARTICVLVS LII.

Forme deſdits regiſtres.

Et à celle fin qu'il n'y ait faute auſdits regiſtres, il eſt ordonné qu'ils ſeront ſignez d'vn notaire auec celuy deſdicts chapitres & conuents; & auec le curé ou ſon vicaire general reſpectiuement, & chacun en ſon regard, qui ſeront tenus de ce faire ſur peine des dommages & intereſts des parties, & de groſſes amendes enuers nous.

ARTICVLVS LIII.

Que leſdicts regiſtres ſeront portez d'an en an, & gardez és greffes des plus prochains iuges royaux.

Et leſquels chapitres, conuents, & curez ſeront tenus mettre leſdits regiſtres par chacun an par deuers le greffe du prochain ſiege du bailly ou ſeneſchal royal pour y eſtre fidellement gardé, & y auoir recours quand meſtier & beſoing en ſera.

HI duo articuli ſanè addendi fuerunt. Nam ſi curatis aut vicariis

ſolis hæc inſtrumenta condendi data aut conceſſa eſſet facultas, plerumque & ſæpiſſime fides illorum in dubium reuocaretur, aut fraudis aliqua ſuſpicio vel falſitas ſubeſſe poſſet. propterea ad extinguendam omnem ſuſpicionem publica perſona, vt puta notarius, adſciſcendus fuit, qui indubitatam inſtrumenti fidem conſtitueret, & vires maximas illi adderet. Et ne monumenta huiuſcemodi violari aut corrumpi vllo modo poſſent, aut vt cuiuis illorum copia eſſet, ſancitum eſt, vt huiuſmodi monumenta & commentarij in archiuis regiis reponantur: ex quibus, cum opus ſit, depromi aut hauriri poſſit certa probatio.

ARTICVLVS LIV.

De declarer par les domeſtiques des beneficiez decedez, leurdit decez.

Et afin que la verité du temps deſdits decez puiſſe encores plus clairement apparoir, nous voulons & ordonnons, que incontinent apres le deceds deſdits beneficiez, ſoit publié ledit decez incontinent apres iceluy aduenu, par

les domeſtiques au decedé, qui ſeront tenus le venir declarer aux Egliſes où ſe doiuent faire leſdites ſepultures & regiſtres, & rapporter au vray le temps dudit decez, ſur peine de groſſe punition corporelle, ou autre à l'arbitration de juſtice.

NE itaque obſcura ſit veritas facti mortis, domeſticorum teſtimonia excitanda fuêre, vt & domeſtici indicare & reuelare mortem defuncti compellantur in eo loco in quo illa monumenta publica conſcribi debent. Domeſticos autem eos omnes appellabimus, qui ex familia defuncti erant, & domi habitabant vbi erant lares domeſtici.

ARTICVLVS LV.

D'enquerir ſommairement du iour du decez auant la ſepulture.

Et neantmoins en tous cas auparauant pouuoir faire leſdites ſepultures, nous voulons & ordonnons eſtre faicte inquiſition ſommaire & rapport au vray du temps dudit decés, pour ſur l'heure faire fidellement ledit regiſtre.

Digitized by Google

NE autem domeſticorum teſtimoniis pleniſſima fides habeatur, leuis quædam & breuiuſcula ac compendioſa quæſtio eſt habenda de morte defuncti & veritate illius, vt certum & verum monumentum illius fiat, & in albo deſcribatur.

ARTICVLVS LVI.

Defenſes de ne garder les corps morts.

Et defendons la garde deſdits corps decedez auparauant ladite reuelation, ſur peine de confiſcation de corps & de biens contre les laiz qui en ſeront trouuez coulpables, & contre les Eccleſiaſtiques de priuation de tout droict poſſeſſoire qu'ils pourroiët pretendre és benefices ainſi vacans, & de groſſe amende à l'arbitration de iuſtice.

QVoniam auaritia illa hominũ exe-cranda plerumque in cadauera mortuorum ſæuire homines compellebat, & ea crudeliſſimè dilaniare & exẽterare, vt diutius condita ſeruarentur, ideo in ſeruantes & condientes pœna

Digitized by Google

eſt grauis conſtituta : quippe vt laïci bonis ſuis & capite mulctentur: Eccleſiaſticæ autem perſonæ iure beneficij quod ad poſſeſſionem priuentur. Quia in ſpecie & qua in cauſa iudices etiam laïci iudicium & iuriſdictionem exercere poſſunt in Eccleſiaſticas perſonas, cùm iudex laïcus ratione litis pendentis coram eo Eccleſiaſticas perſonas etiam beneficij ipſius poſſeſſione priuare perpetuùm poterit : nec in eo crimine iudici eccleſiaſtico reddentur , ſed iuriſdictioni iudicis laici quoad effectum priuationis poſſeſſionis ſubiicientur. & ita arreſto deciſum eſt , vt eſt ſupràdictum.

ARTICVLVS LVII.

Recit ſur l'ambiguité des droicts & tiltres des parties, ſur leſquels par cy deuant eſtoient donnez les ſequeſtres.

Et pource qu'il s'eſt aucunesfois trouué par cy deuant és matieres poſſeſſoires beneficialles ſi grande ambiguité ou obſcurité ſur les droicts & tiltres des parties , qu'il n'y auoit lieu

de faire aucune adiudication de maintenuë à l'vne ou à l'autre des parties, au moyen dequoy eſtoit ordonné que les benefices demeureroient ſequeſtrez ſans y donner autre iugement abſolutoire ou condemnatoire ſur l'inſtance poſſeſſoire, & les parties renuoyees ſur le petitoire par deuant le iuge Eccleſiaſtique.

ARTICVLVS LVIII.

D'adiuger en certains cas le benefice contentieux au defendeur, ſans le laiſſer en ſequeſtre, ne renuoyer pardeuant le iuge d'Egliſe.

Nous auons ordonné & ordonnons que doreſnauant quand tels cas ſe preſenteront, ſoit dõné iugement abſolutoire au profit du defendeur & poſſeſſeur, contre lequel a eſté intentee ladite inſtance poſſeſſoire, & le demandeur & autres parties deboutees de leurs demandes & oppoſitions reſpectiuement faictes, requeſtes & concluſions ſur ce prinſes, ſans vſer de renuoy pardeuant le iuge d'Egliſe ſur le petitoire ſur lequel ſe pouruoiront les parties ſi bon leur ſemble, & ainſi qu'ils verront eſtre à faire, & ſans les y abſtraindre par ledit renuoy.

Digitized by Google

ARticuli iſti maxima æquitate nituntur. nam ex antiqua iuris norma & regula in interdicto retinendæ poſſeſſionis vterque ſe poſſeſſorem aſſerit, & poſſeſſoris partibus fungi deſiderat. Non diſſimili ratione moribus noſtris ab omni æuo ita fuit receptum, & in huiuſcemodi interdicto vterque poſſeſſorẽ ſe aſſereret: quo factum eſt vt cũ partium iura obſcura eſſent, nec æquitas aut veritas ipſa perſpicua eluceſceret, ad illud remedium vulgare decurretur, neutri poſſeſſionem adiudicandam, ſed interim res vt ſequeſtratas in fiduciaria manu relinqui oportere. Quapropter his ſtatuti articulis & capitibus huic obſcuritati obſiſtendum & obuiam eundum eſſe ſancitum eſt, vtpote potiorem eſſe cauſam eius qui quidem reus & defenſor & prouocatus eſt, in interdicto retinendæ poſſeſſionis: & ſic abſoluendum eſſe, vtpote actore non probante, hoc enim ipſo quòd reus eſt, & poſſeſſor, plus iuris habet quàm is qui actoris partibus fungitur. Itaque regula illa communis iuris, qua quidem cautum eſt actore non probante

reum abſoluendum, etiam habebit locum in lite illa poſſeſſionis, licet ex antiqua forma & regula ita pronunciaretur, non ſatis liquere: & ſic neutri adiudicandam poſſeſſionem, ſed res in priſtino ſtatu manere. Certa regula eſt, tunc demum ſequeſtro locum eſſe & fuiſſe, cum incerta & illiquida poſſeſſionis cauſa eſſet: nec ſatis liqueret cuinam poſſeſſio adiudicanda eſſet. nam ſi ex altera parte de apertiore iure liquebat aut conſtabat, tunc vindiciæ adiudicabantur, quas recredentiam vocamus, pendente quæſtione principali. Ad hæc his articulis alij difficultati eſt conſultum: nempe iudex laicus qui neutri ex collitigantibus poſſeſſionem adiudicabat, partes & collitigantes coram iudice eccleſiaſtico remittebat, vt ſuper petitorio ipſo cauſa ageretur: quod articuli præſentis deciſione mutatum eſt: quippe cum cauſam ipſam quantum ad poſſeſſionem attinet, deciſiſſe ſufficiat. eſt enim laicus iudex eius rei iudex competens, ſed non petitorij, cuius cognitio, vt rei ſpiritualis, eſt omnino illi præciſa. propterea qui rectum & certum conſilium dare volunt, ita

Digitized by Google

maximè conſulunt: vt qui vincere vult, poſſeſſioni potiſſimùm incubat, & aduerſarium ad experiendum interdicto vti poſſidetis compellat. nam cum par eſt probatio, aut cum obſcura iura sũt, reus & prouocatus etiam abſoluendus venit.

ARTICVLVS LIX.

De conduire la recreance, & la maintenuë par meſme moyen.

Nous defendons à tous nos iuges de ne faire deux inſtances ſeparees ſur la recreance & maintenuë des matieres poſſeſſoires : ains voulons eſtre conduictes par vn ſeul procez & moyen, comme il eſt contenu és anciennes ordonnances de nos predeceſſeurs ſur ce faictes.

MAgna ſanè & æqua ratio huius articuli eſt: nam in interdicto retinendæ quod vocant caſum ſeſinæ & nouitatis, duæ ſunt dirigendæ cauſæ & rationes: nempe aut ſequeſtrum adiudicamus, aut vindicias, quam vulgò recredentiam vocant, ei qui poſſeſſor

antiquior titulis & inſtrumentis probatur. & his duabus duntaxat interlocutionibus vti licet, cum poſſeſſionis cauſa plenè huiuſcemodi inſtrumentis & probatione in artificiali decidi non poteſt. propterea cum huiuſcemodi vindiciarum iudicium ſeparatum non ſit, ſed connexum & coniunctum cum ipſa poſſeſſione, & quaſi intermedium cauſę diuerticulum, ſeparato contextu litem vindiciarum & poſſeſſionis contexere & exordiri inſanum eſſet, cum plerunque tam perſpicua ſint iura & inſtrumenta alterius ex litigantibus, vt palàm & in procinctu poſſeſſio ipſa decidi, & de ea planè cognoſci & decidi poſſit: nec amplius ad reſtitutionem vllam fructuum tenetur: differentia autem maxima eſt inter iudicium & litem vindiciarum, & plenam illam poſſeſſionẽ. Nam cum lis vindiciarum adiudicatur cui adiudicatæ ſunt, cautionem dare, & niſi iudicio poſſeſſorio vincat, reſtituere fructus cogitur. Nec hoc dixiſſe pigebit, quòd ſi arreſto vindiciæ adiudicẽtur, tũc nulla cautione aut cautionis pręſtatione eſt opus, propter auctoritatẽ ſupremi illius tribunalis, & rei iudicatæ.

Digitized by Google

ARTICVLVS LX.

Defenſe de ne commettre force ne violence publique és benefices.

Nous defendons à tous nos ſubiets pretendans droict & tiltre és benefices eccleſiaſtiques de noſtre Royaume, de ne commettre aucune force ne violence publique eſdits benefices & choſes qui en dependent. Et auons dés à preſent comme pour lors declaré & declarons ceux qui commettront leſdictes forces & violences publiques, priuez du droict poſſeſſoire qu'ils pourroient pretendre eſdits benefices.

FAcilis huiuſce capitis eſt interpretatio, & bona ac optima ratione excogitata capitis iſtius & articuli eſt ratio. Nam cum beneficiorum negocia & cauſæ potiſſimùm in ſe cõplectantur cauſã & rem ſpiritualem: iniquum & iniquiſſimum eſſet in his vi publica vti, cum etiã in temporalibus negociis vis eſſe dicatur, ſi quis id quod ſibi deberi putat, legitimè per iudicem non repoſcat quo magis ſi vis aut arma adhibeantur. propterea huiuſcemodi viæ illicitæ & pro-

hibitæ occurrendum fuit. Iudex itaque laicus cum nullum ius, nullam cognitionem principalis cauſæ beneficii habeat, & petitorii quod aiunt, quomodo coerceret huiuſcemodi vim, non habebat: propterea ita comparatum eſt, vt cum vis committitur, duplicem huiuſcemodi ſceleris vindicandi viam & remedium habeat. Itaque ob vim publicam commiſſam eum qui commiſit, mulctis grauiſſimis, & pro ratione delicti meritis mulctabit. Et quantum ad beneficium attinet, priuare poterit eum iure poſſeſſorio beneficii, ita vt illi nullus in poſterum pateat aditus. quo caſu iudex laicus (quod mẽti tenendum eſt) etiam in eccleſiaſticas perſonas ratione cauſæ priuilegiatæ competens eſt, & poteſt mulctam irrogare pro modo vis admiſſæ, & caſus priuilegiati. Vis porrò publica ea dicitur, cum armatis hominibus quis occupare eſt conatus aut occupauit beneficiũ. Armorum enim appellatione ea omnia complectuntur, quibus quis nocere poteſt. Nam ſi beneficiatus manu & vi priuata & iure ſuo vtendo duntaxat beneficium ſuum poſſidere, aut eius poſſeſ-

Digitized by Google

ſionem retinere eſt conatus, tunc iniquum eſſet eum iure in beneficio quicquid ſit in poſſeſſione illius prætenſo priuari. propterea hoc expreſſum eſt, *Forces & violences publiques.* quibus verbis vis armata & publica ſine dubio comprehenditur.

ARTICVLVS LXI.

De ne receuoir complaincte apres l'an.

Qu'il ne ſera receu aucune complainte apres l'an, tant en matieres prophanes que beneficiales, ſinon qu'il apparuſt eſdictes matieres beneficiales le defendeur n'auoir tiltre apparent pour iuſtifier ſa poſſeſſion.

CErtum eſt interdicta poſſeſſoria annalia eſſe, & anno finiri, ſiue de rebus ſacris, ſiue de prophanis agatur: niſi poſſeſſorem conſtet vi clàm aut precariò poſſidere. tunc enim talis poſſeſſio prodeſſe non poteſt, maximè in beneficialibus, in quibus color poſſeſſionis exquiritur, nec ſine colore tituli poſſideri poteſt: & propterea poſſeſsio talis ad excluſionem interdicti prodeſſe

non poteſt. Coloratum autem titulum eum dicimus, vbicunque non eſt defectus poteſtatis in conferente, nec includitur ipſo iure priuatio per ſententiam iuris vel hominis, vt pote quando titulus deriuatur ab eo ad quem ſpectat electio vel collatio: licet propter defectum aut incapacitatem recipientis vel aliam ſimilem cauſam titulus fuerit iniuſtus aut illegitimus. Et poſſeſsionem coloratam dicimus, quando prætenditur aliqua cauſa propter quam quis dicit ſe iure & lege poſsidere. Sed vbi non prætenditur talis cauſa, tunc dicitur poſſeſſio incolorata. Incoloratus autem titulus eſt, quando poſsidens nullum habet titulum ab eo ad quem ſpectat collatio vel electio: vel ſi habeat, ipſo iure fuit priuatus per ſententiam iuris vel hominis: vt puta quia ſecundum curatum beneficium recepit: vel ſecundum dignitatem acceptauit: niſi diſpenſatione legitima ſe munitum doceat.

ARTICV-

ARTICVLVS LXII.

Sentence de recreance & reintegrande en toutes matieres executoires, nonobſtant l'appel.

Que les ſentences de recreance & reintegrande en toutes matieres & de garniſon, ſeront executoires nonobſtant l'appel, & ſans preiudice d'iceluy, en baillant caution: pourueu qu'elles ſoient donnees par nos iuges reſſortiſſans ſans moyen, aſſiſtans auec eux iuſques au nombre de ſix Conſeillers du ſiege, qui reſigneront le dictum auec le iuge, dont il ſera fait mention au bas de la ſentence pour le regard deſdictes recreances & reintegrandes.

IN cauſis poſſeſſoriis duo duntaxat iudicia prouiſoria proferuntur, aut proferri poſſunt priuſquam ad plenam poſſeſſionem perueniatur. Primum eſt iudicium ſequeſtri, quod vulgò furniſſamentum *complainte appellant:* quod ab initio proferri ſolet, cum iura partium obſcura ſunt, & æquitas ipſa æqua lance ponderare videtur: nec altera ex parte litigantium elucеſcit. Secundum vin-

diciarum, quas recredentiam vocant cum collatis partium titulis, æquitas ipſa & ius poſſeſſionis legitimæ ſtare videntur à partibus eius cui adiudicantur. nam moribus noſtris nulla teſtium teſtimonia admittuntur in beneficialibus negociis cum de vindiciis quæſtio eſt, ſed inſtrumentis ſolis diiudicandum aut diffinendum negocium vindiciarum eſt. Aliud porrò remedium, & quo in beneficialibus non vtimur niſi infrà dicto ordine, eſt interdictum recuperandæ poſſeſſionis: cui nunc reintegrandum comparamus. Nam ſtatuta illa querelæ ad inſtar redintegrãdæ cõparata, ſunt ſublata conſtitutionibus regiis. Natura autem redintegrandæ hæc eſt, vt ſi is qui tempore deiectionis poſſidet, deiiciatur & expellatur, interdicto recuperandæ experiri poſſit. Et cõpetit hoc beneficium cõtra deiicientem, & eius hæredẽ quatenus ad eum peruenit, necnõ contra illum cuius nomine quis deiectus eſt ipſo mandante, ſeu ratum habente: non contra tertium poſſeſſorem, quamuis habeat cauſam à deiiciente. Sed de iure & æquitate canonica competit beneficium capituli, ſæpe, de reſti. ſi ſciens rem violentam

recepit, ſi ignorans beneficium canonis redintegranda. In beneficialibus autem in cauſa poſſeſſionis ab initio hoc interdicto recuperandæ nunquam vtimur. nam cum vterque ex litigãtibus ſe poſſidere dicat, experiendo hoc interdicto expulſum ſe fateretur, & ſic non poſſidere: quod contrarium eſt interdicto retinendæ. Sed ſi quis poſt adiudicatam poſſeſſionem & recredentiam, pendente quæſtione expellatur, tunc legitimè hoc beneficio recuperandæ experiri poteſt. Nam verè beneficium illud competit ei, qui cum iuſtus & legitimus poſſeſſor eſſet, vi ſe deiectũ queritur. Nec beneficium illud alij competit quàm qui tempore deiectionis poſſidebat. Hoc itaque articulo ita cauetur, vt cum iudicium, vindiciarum aut interdictum recuperandę poſſeſſionis, hoc eſt redintegranda quam vocãt, adiudicata eſt: ſi ab huiuſcemodi iudiciis appelletur, effectus appellationis executionem iudicati non ſubſtinebit, tribus vt pote concurrentibus, quæ quidem hoc articulo exprimuntur. Nã ſi alterutrum deficeret, certum eſt huiuſcemodi iudicia executioni mandari

Digitized by Google

non poſſe pendente appellatione, & ſine præiudicio illius. Quæſtionis autem fuit, quod in multis ſubſelliis tres aut quatuor tantùm ſunt conſiliarij, vel aſſeſſores: & ſi ab his tantùm ſententiæ ſubſignentur aut ſubſcribantur, an executioni mandari poſſint, cum numerus à lege præſcriptus plenus aut completus non ſit. Et ſanè poſt multas & varias interpretationes & agitationes ita concluſum eſt, quod ſi numerus aſſeſſorum aut conſiliariorum deficiat, tunc ſufficere numerum aduocatorum competentem adſciſcere, qui ſententiam ſubſignent & ſubſcribant. nam tunc executioni mandari poterunt non ſecus atque ſi à ſex conſiliariis ſubſcriptæ aut ſubſignatæ ſententię eſſent. Addendum autem hoc eſt, quòd ſi redintegranda arreſto adiudicetur, nulla cautionis præſtatione eſt opus, ſicut ſuprà diximus in iudicio vindiciarũ, propter ſupremi illius tribunalis & rei iudicatæ auctoritatem. Secundò, quòd ſi plena poſſeſſio ex titulis litigantium adiudicetur, & quam vulgò vocant plenam manutentiam, etiam pendente appellatione executioni mandari poterit,

Digitized by Google

per formam iudicij vindiciarum oblata, vt pote cautione: & id quoniam ex ſola facie inſtrumentorum id eſt diiudicatum. Aduertendum autem eſt quòd nõnunquam eodem iudicio & recredentia & plena poſſeſſio adiudicantur. quòd ſi appelletur, etiam pendente appellatione quoad vindicias ipſas executioni mandari poterit ſententia. Nam cum diuerſa & diuidua ſint capita, diuidua eſt executio. & ita deciſum eſt. Nec omittendum eſt, quòd ſi principale ipſum executioni mandetur, expẽſas quę quidem ſunt acceſſoriæ, eodem iure, eadem natura cenſeri. *Garniſon.* Ratio maxima dubitandi fuit cur eadem ſolemnitas in iudicio illo *de garniſon*, quod vocant, non requireretur, quàm in iudiciis illis poſſeſſoriis. Et ſanè ita viſum eſt æquum & æquiſſimum eſſe, in iudicio illo *de garniſon* eandem ſolemnitatẽ non deſiderari, cum iudicium illud quod vocant prouiſorium, non niſi legitimo contractu præcedente, aut chirographo vel idiographo agnito vel probato proferri poſſit. tunc enim duplex obligatio eſt & geminata, vt pote prima ex legitimo contractu præce-

dente, ſecunda ex ſententia talis contractus confirmatiua & approbatiua. Propterea mirum non eſt ſi hæc & tanta ſolemnitas non deſideretur quàm in in iudiciis illis poſſeſſoriis & ſolemnib⁹ quæ nonniſi cũ legitima ſolẽnitate perſpicuis & collatis collitigantium titulis, vt pote nullo contractu aut obligatione præcedente proferri debent, & iudicia ipſa non niſi inuitos redduntur, nec vllius conſenſus ſit, ſicut ſubeſt in obligatione.

ARTICVLVS LXIII.

Que toutes inſtances poſſeſſoires ſeront vuidees ſommairement, & les preuues faictes dedans vn ſeul delay.

Et ſeront toutes inſtances poſſeſſoires de complaincte ou reintegrande vuidees ſommairement, les preuues faictes tant par lettres que teſmoings, dedans vn ſeul delay arbitré au iour de la conteſtation, & ſans plus y retourner par relieuement de nos chancelliers ne autrement.

Digitized by Google

CErtum eſt omnia iudicia poſſeſſoria quo fauorabilia ſunt, eo fauorabilius & breuius eſſe concludenda & decidenda: & ita quam breuiſſimè probatione facta aut literis aut teſtibus, ad iudicium properandum eſt. Licet tamen vnica hoc articulo dilatio concedatur, attamen ex boni & ęqui ratione amplior dilatio & longior, ſi res exigat, reſcripto conceditur. Nam æquum eſt partium probationem non coanguſtari, ſed eis vt fauorabilibus longioris temporis dilationem concedi. Hæc tamen regula generalis erit, vt dilationes ipſæ non niſi cum cauſæ cognitione & magna ac euidenti ratione concedantur: vt puta ſi intra dilationem primam negocium ipſum confici non potuit. Nam tunc æquum eſt noua dilatione diligenti & vigilanti conſuli, non autem ei qui negligens fuit.

Digitized by Google

ARTICVLVS LXIV.

Que celuy qui reſignera ſon droict contentieux, ſera venir en cauſe ſon reſignataire.

Si pendant vn procez en matiere beneficialle l'vn des litigans reſigne ſon droict, il ſera tenu faire comparoir en cauſe celuy auquel il aura reſigné, autrement ſera procedé alencontre du reſignant, tout ainſi que s'il n'auoit reſigné, & le iugement qui ſera donné alencontre de luy, ſera executoire contre les reſignataires.

HIC articulus à ratione iuris alienus non eſt. nam lite pendente beneficiorum reſignatio nec admittebatur, & odioſa erat: cum multæ fraudes & inexplicabiles iudiciorum nodi inde colligerentur. Nam qui iudicio vicerat, nouum ſibi aduerſarium vt pote reſignatarium appoſitum videbat: nec vllum litibus modum aut finẽ reperiebat. tanta erat litium ſeries, & tot nodis implicita. propterea hoc rectè excogitatum eſt, vt qui reſignauit, reſignatarium in ius ad-

Digitized by Google

ducat. nam eius cognitionem certã habet, & habere debet, cum ei reſignauerit beneficium, eius fide & induſtria ſpectata. Et æquũ ſanè eſt, iudicium quod quidem feretur cõtra eum qui reſignauit, executioni mandari contra reſignatarium, cum in dolo & vitio & culpa manifeſtiſſima ſit eo nomine, quod reſignatarium in iudicium non adduxit. debet enim eum nominare & adducere cui reſignauit. Partes autem reſignatarij erunt ſubrogationem ſibi petere, vt in ius reſignantis ſuccedat, & id intra annũ & diem reſignationis: niſi is in cuius locum ſucceſſit, poſſeſſor ſit. nam tunc annalis illa præſcriptio eſt excluſa. Erit autem vel ſimplex ſubrogatio, vel limitata. Si ſimplex, ad fructuum omnium reſtitutionem tenebitur ſubrogatus, & expenſarum. & ita concluſum eſt multis iudiciis. Sin autem limitata ſit, vt pro fructibus temporis ſui & expenſis duntaxat teneatur, hanc limitationem meritò ſequemur: nec vltra obſtrictus erit.

Digitized by Google

ARTICVLVS LXV.

De l'execution des lettres obligatoires ſur ſeaux royaux.

Que les lettres obligatoires faictes & paſſees ſoubs ſeel royal, ſeront executoires par tout noſtre Royaume.

RAtio dubitandi fuit, quoniam ita diſtincti ſunt & locorum & diœceſium & prouinciarum limites, vt notarius non niſi intra cancellos & limites ſuos officium ſuum notariatus exercere poſſit. propterea inſtrumenta ipſa extra fines & limites illos effectum porrigere non poſſe æquum eſſe videbatur: vt pote deficiente eius qui inſtrumentum condidit, poteſtate. at antiquo iure duo ſigilla excipiebantur, vt pote ſigillum præfecturæ Pariſienſis, & ſigillum Mõtis Peſſulani. Sed edicto hoc noſtræ omnes obligationes ſigillo regio confirmatæ, executioni vbicumque locorum mandari poſſunt ob illam ſigilli regij auctoritatem.

Digitized by Google

ARTICVLVS LXVI.

De l'execution des lettres obligatoires ſous ſeaux authentiques.

Et quant à celles qui ſont paſſees ſous autres ſeaux authentiques, elles ſeront auſsi executoires contre les obligez ou leurs heritiers en tous lieux où ils ſeront trouuez demourans lors de l'execution, & ſur tous leurs biens quelque part qu'ils ſoient aſsis ou trouuez: pourueu qu'au temps de l'obligation ils fuſſent demourans au dedans du deſtroict iuriſdiction ou leſdits ſeaux ſont authentiques.

EX diſpoſitione iuris, ſcripturarum alia eſt publica, alia authentica, alia priuata. Publica ea eſt, quæ confecta extitit à publica perſona, vt à notario cum ſolemnitatibus requiſitis. Authentica, quę per ſe fidē facit, ſiue ex appoſitione ſigilli authentici, ſiue alio modo: nec ad ſui validitatem requirit aliud adminiculum. Itaque dicitur authentica, quaſi auctoritatem ex ſe habens, deriuato ex iuris fontibus nomine. Omnis enim ſcriptura publica, authentica eſt:

Digitized by Google

ſed non omnis authentica publica eſt. Priuata quid ſit, ex ſuperioribus ſatis conſtat. Alia verò moribus noſtris diuiſio recepta eſt. Nam & ſcripturarum & obligationum aliæ regiæ ſunt, & ſigillo regio confirmatæ. Aliæ authenticæ, & ſigillo authentico confirmatæ. Aliæ priuatæ. Quæ regiæ ſunt, vt puta à notariis regiis confectæ, & ſigillo regio confirmatæ, effectum executionis vbique producunt: vt eſt ſuperiore articulo demonſtratum. Authenticas porrò obligationes moribus noſtris eas dicimus, quæ non coram notariis regiis, aut manu publica & regia, aut ſigillo regio, ſed coram notariis inferiorum dominorum, & qui regij non ſunt, ſigillo illo authentico confectæ ſunt: vt plurima ſunt iura huiuſcemodi in inferioribus dominis à rege in Gallia. Horum itaque authenticorum inſtrumentorum effectus differt à publicis hac ratione. Nam publica vbique effectum ſuum producunt: authentica non niſi intra fines & limites ſuos. Et propterea antiqua hæc & vetus ratio fuit, vt literis regiis quas debitis vocant, huiuſcemodi inſtrumentorum authenticorum

Digitized by Google

executio demandaretur, aut officium iudicis regij impetraretur. Sed hac ſtatuti ratione hoc ita moderatum eſt, vt pote authentica illa inſtrumenta executioni vbique mandari poſſe, ſi obligati tempore obligationis contractæ intra fines & limites iuriſdictionis ſigilli authentici morabantur, & ſic reuera obligati erant. Quòd ſi tempore contractæ obligationis non morabantur, tunc ad ſolita remedia eſt confugiendum, puta ad diploma regium, aut ad officij iudicis regij implorationem, vt huiuſcemodi inſtrumenta executioni mandare liceat: ita tamen, vt ſi oppoſitio formetur, ad iudicem ipſum rei obligati, non autem ad alium decurratur. Nam prætextu huiuſcemodi diplomatis aut reſcripti à foro ſuo diſtrahi non poteſt.

ARTICVLVS LXVII.

De mettre és contracts les demourances des contrahans.

Et à ceſte fin, tous notaires & tabellions ſeront tenus mettre par leurs contracts ſur peine de

Digitized by Google

priuation de leurs offices & d'amende arbitraire, les lieux des demourances des contrahens.

HIC articulus à prioris effectu penitus dependet. nam ineptum maximè videbatur, in omnibus contractibus domicilia partium contrahentium inſerere, cum effectus obligationis à ſigilli auctoritate, non autem ab illa domicilij expreſſione effectum ſuum & virtutem depromere videatur. Attamen ex conſequentia prioris articuli id ita ſtatuendum fuit, vt pote ſi authentica inſtrumenta, quicquid ſit authenticę obligationis, effectum ſuum executionis vbique producunt, dummodo obligati tempore obligationis contractę intra fines illius inſtrumenti authentici reſiderent, quomodo id dignoſci poſſet, & in futurum caueri, niſi nouo remedio conſuleretur, non videbamus. Itaque propterea noua ratione iuris & ſtatuti, quæ etiam ad ſolemnem formã contractus huiuſcemodi loci expreſſionem deſiderat, non immeritò ita conſtitutum eſt, locum domicilij & contractus eſſe exprimendum, vt inde facilli-

Digitized by Google

mè cognoſcatur vbínam locorum tempore obligationis contractæ qui obligabatur, maneret. & an huiuſcemodi authenticum inſtrumentum executionī mandari poſſit. Porrò in hoc meritò pœna præſcripta eſt, cum falſi in eo à notario crimen committatur, ſi loci expreſſio omittatur. Itaque hanc regulam præſcribemus, vt in obligationibus authenticis quæ quidem locum contrahentium complectentur, ſi domicilium obligati ſit expreſſum, in loco ſigilli authentici obligatio vtique executioni demandari poterit ſecundùm formam ſtatuti, ſi expreſſum non ſit, ad veterem & ſuprà dictam formam erit recurrendum.

ARTICVLVS LXVIII.

Que garniſon ſe fera és mains du creancier par prouiſion.

Et ſi contre l'execution deſdictes obligations y a oppoſition, ſera ordonné que les biens prins par execution, s'ils ne ſuffiſent, ſeront vendus, & les deniers mis en ſes mains, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelcon-

Digitized by Google

ques, par prouiſion, en baillant par le creancier bonne & ſuffiſante caution, & ſe conſtituant achepteur des biens de iuſtice.

HIc articulus interpretationem non deſiderat. nam obligationis effectus ſui natura executionem producit, nec ſuſpendi poteſt per appellationis aut oppoſitionis impedimentum, quin (quod vulgò dicitur) bona per modum prouiſionis vendantur & diſtrahantur, præſtita cautione idonea & ſufficienti, præuio tamen iudicis præcepto poſt appellationem aut oppoſitionem interpoſitam. nam id non niſi iudice auctore confici debet. oportet enim iudicem priùs id decernere, quàm liceat executionem pendente appellatione perficere.

ARTICVLVS LXIX.

Si on procede par action en lieu d'execution, n'y aura qu'vn defaut.

Et où les creanciers n'auront commencé par execution, mais par ſimple action, ſi l'exploict eſt libellé, & porte la ſomme pour laquelle on veut

Digitized by Google

veut agir, y aura gain de cauſe par vn ſeul default. Auec le ſauf ſelon la diſtance des lieux, en faiſant apparoir par le creancier du contenu en ſa demande par obligation authentique comme deſſus.

ARTICVLVS LXX.

Si l'exploict n'eſt libellé y aura deux defauts.

Et ſi l'exploict n'eſt libellé, par deux defauts y aura pareil profit, pourueu que par le premier ſoit inſeree la demande & concluſion du demandeur, & qu'il informe comme deſſus.

DVplici via creditori experiri & ius ſuum perſequi licet, via executionis, via actionis. Actionis via manſuetior & fauorabilior eſt, & propter eà huic maximè fauetur. Solo itaque edicto actionis fines adiudicantur, cùm in cæteris negotiis alio longiori contextu ſit opus. Sunt enim plura edicta proferenda antequam condemnationis effectus ſequatur. Hoc tamen ita colligendum erit, vt actor priùs intentionem inſtrumentis ſuis probet & confirmet, vtputa authentico aut publico inſtrumento: vt eſt ſu-

Et pourra neantmoins le creancier, ſi bon luy ſemble, faire executer leſdites obligations ou condamnations contre le maintenu heritier, ſans prealablement faire ladicte declaration de la qualité d'heritier. De laquelle ſuffira informer par les procez, ſi elle eſt deniee, à la charge des deſpens, dommages & intereſts, ſi ladite qualité n'eſt verifiee.

MAgna ſanè & ſubtilis fuit quæſtio, & variis reſponſis exagitata, an quilibet poſſet hæres eſſe aſſeri & prætendi, & ita oneribus hæreditariis obſtringi: pleriſque in eam partem diſputantibus, & aſſerentibus vnumquemque aptum aut proximiorem ſucceſſioni legitimæ defuncti ab inteſtato poſſe hæredem aſſeri, & vt hęredem oneribus hęreditariis & ſucceſſoriis obſtringi. quod perquam durum eſſe videbatur, cum plerumque dolo aut inopia creditoris maximum damnum & maxima fraus ei qui reuera hæres non eſſet, inferretur. Aliis contrà aſſerentibus hiſce articulis multis fraudibus eſſe cautum & obuiam itum eorum qui tergiuerſando & detrectando nomen hæredis, crediti perſecu-

Digitized by Google

tionem aut petitionem eluderent. Itaque in hunc modum & rationem concluſum eſt, vt ſi quis proximus ſit ſucceſſioni & hęreditati, & ſic commentitia quadam ratione hæres exiſtimetur, ſine dubio vt hæres cõpelli poterit: niſi hoc ſibi remedio in promptu conſulat, vt puta hæreditati & ſucceſſioni palam renunciet. nam poſt huiuſcemodi renunciationem factam eum amplius hæredẽ aſſerere non poſſumus. & id ex communi quadam iuris ratione & diſpoſitione: niſi forte eum non obſtante huiuſcemodi renunciatione hęredis munus egiſſe & partes dicamus. Tunc enim æquum eſſe iudicabitur, pendente lite & quæſtione hac vt hæredem poſſe conueniri. Hoc autem iure vtimur, hunc articulum vt nimis prædurum, & aliquid in ſe iniqui complectentem, vix obſeruandum, niſi magnæ & graues rationes iudices ipſos ad illud adigant & compellant: vtpote ſi quis dolo malo, cùm ſucceſſioni ſit proximus. & ſic præſumptus hæres, nec hæredem ſe declarare, nec hæreditati renunciare velit: non immeritò vt præſumptus hæres oneribus hæreditariis implicabitur. At

Digitized by Google

cõtrà, ſi ſtatim hæreditati renunciet, iniquũ eſſet eum hæreditati & eius oneribus obſtringi, niſi quæ ſuprà diximus, obſeruentur.

ARTICVLVS LXXIII.

Peines des mal executans, & des obligez non ſatisfaiſans.

Et auſſi d'vne amende enuers nous & la partie, que nous voulons eſtre impoſee pour la calomnie des demandeurs en matiere d'execution s'ils ſuccombent, comme auſſi contre les obligez qui n'ont fourny calomnieuſement & ſans cauſe au contenu de leur obligation dedans le temps ſur ce par eux promis & accorde.

MEritò mulctâ fuit coercendus calumnioſus creditor, ſicut & calumnioſus debitor. nam priuilegium legis illi conceſſum, in odium illius contorquendum fuit, ſi calumnioſè geſſiſſe, aut quicquam perpetraſſe contra legis formam & veritatem dicatur. Non licet enim illis abuti lege præſcripta, nec quicquam in damnum pauperrimi debitoris moliri. fruſtra enim legis au-

Digitized by Google

xilium imploratur, cùm aduerſus eam committitur.

ARTICVLVS LXXIV.
Perquiſition de meubles en execution tollue.

Qu'en toutes executions où il y a commandement de payer, ne ſera beſoing pour la validité de l'exploict de criees, ou autre ſaiſie & mainmiſe, de perſonne ou de biens, faire perquiſition de biens meubles, mais ſuffira dudit commandement deuëment faict à perſonne ou à domicile.

FAcilis vtique huius articuli ratio & interpretatio. Nam ex antiquo iudiciorũ more & ordine iuris ordo præſcriptus ſeruabatur: vtputa primũ mobilia pignori accipienda, ſecundò immobilia debitorum, tertiò ad nomina ipſa decurrendum: quaquidem tertia ſpecie fungi ſolent. Moribus porro noſtris ita receptum erat, priùs mobilia pignori capienda, & diſtrahenda eſſe, quã ad mobilium diſtractionem perueniri poſſet; & id non immeritò. Nam permoleſti & perduci creditoris iniquitas maxima eſſe videbatur, ſi cum ſibi ex mo-

bilium diſtractione conſulere poſſet, ad immobilium pignerationem, ex quibus pauperculus debitor ali poſſet, peruenire conaretur, & ita eum bonis omnibus exuere, necnon alimentorum facultatem illi contra legis manſuetudinem præcidere & præcerpere. Sed nũc ad debitorum fugitantium & latitantium calumniam aliter receptum eſt, vt ſublato omni illo iudiciorum ordine, ſtatim immobilia pignori capi poſſint. Quæ quidem regula locum habet in his qui maiores vigintiquinque annis sũt. Nam in minoribus vigintiquinque annis regula hæc non obſeruatur: quippe cum ad immobilium pignerationem aut diſtractionem perueniri non poſſit, niſi legitimo iudiciorum ordine ſeruato, vtputa mobilibus priùs diſcuſſis aut diſtractis, ſi æri alieno exoluendo non ſufficiant. ſpeciale enim eſt legis priuilegium, quo quidem infirmitati & inconſultæ facilitati minorum conſulitur. Qui enim æquũ eſſet, cùm mobilia ſola ſufficiant liberationi debiti, immobilia ipſa pignori capere, & res minorum viliſſimè & iniquiſſimè diſtrahere? & ita obſeruatum apud nos aſſerimus.

ARTICVLVS LXXV.

Contre ceux qui ſeront en demeure de ſatisfaire.

Et encores ne ſera diſputé de la validité ou inualidité dudit commandement, quand il y aura terme certain de payer par les obligations, ou par les ſentences, iugemens, ou cōdemnations deüement ſignifiees.

Hic articulus ex iuris ratione depromptus eſt. Nam obligationum aliæ ſine certa die, alię cum diei præſcriptione cõcipiuntur. Quæ certam diem præſcriptam habent, ſtatim mora in his committitur atque dies ceſſit, cùm dies ipſe interpellet. Ex lapſu itaque ſolo temporis cum mora commiſſa ſit, & debitor ſtatim debitum exoluere debuerit, non eſt amplius de validitate aut inualiditate præcepti diſputandum, ſed diei ipſius interpellationẽ ſuffeciſſe dicemus. Cum enim dies ipſe interpellationis vice fungatur, æquiſſimum eſſe viſum eſt huiuſcemodi diei interpellationem eiuſdem effectus & auctoritatis haberi & cenſeri, atque ſi legitimum præceptum præceſſiſſet. & propterea

ſiue pręceptum illud factum ſit iure vel ex legibus, ſiue extra pręſcriptum à lege modum, ſi dies iam ceſſit aut effluxit, de validitate illius ampliùs diſputandum non erit.

ARTICVLVS LXXVI.

Qu'il ne ſera requis faire apprecier moiſons auant que ſaiſir & crier.

Que par faute de payemẽt de moiſons de grain, ou autres eſpeces deües par obligation, ou iugement executoire, l'on pourra ſaiſir & faire criees, encores qu'il n'y ait point eu d'appreciation precedente, laquelle ſe pourra faire auſsi bien apres leſdites ſaiſies & criées, comme deuant.

ANtiqua & priſca iudiciorum formula erat, vt antequam ad pignorum captionem aut coerctionem perueniretur, ſi quidem in obligatione de genere aliquo, non autem ſpecie mentio fieret, puta ſi agebatur de annua tritici aut frumẽti præſtatione, cuius quidem æſtimatio non ſemper certa eſt, ſed plerumque incerta eſſe ſolet, & ex variis temporum rationibus mutatur:

Digitized by Google

tunc non licebat priùs executionis via experiri, quàm triticum aut granum ipſum appreciatum eſſet, & ad verã ſui æſtimationem redactum. nam regula generalis erat, executionem certã eſſe oportere: vt quid, quale, quantumque eſſet id pro quo executio fieret, conſtaret: & propterea vix fieri poſſe videbatur, vt cùm granum aut triticum nondum æſtimatum eſſet, executio pro certa re facta diceretur: & ſic effectus executionis donec granum ipſum æſtimatum eſſet ſuſtinebatur: quod nunc contrario articulo ſtatuti ſublatum eſt: vt etiam non præcedente appreciatione, quæ quidem poſteà fiet, aut fieri poterit, immobilia aut mobilia pignori capi poſſint.

ARTICVLVS LXXVII.

Aux choſes criées ſeront eſtablis commiſſaires.

Que toutes choſes criées ſeront miſes en main de iuſtice, & regies par commiſſaires, qui ſeront commis par le ſergent executeur deſdictes criées, lors qu'il commencera à faire leſdites criées, nonobſtant les couſtumes contraires.

ARticuli huius ratio ex iuris fontibus deprompta eſt. nam cum bona poſſideri iubentur, tunc aduerſarius eiiciendus eſt de poſſeſſione. propтereà fiduciaria manu regenda eſſe ſtatuto cautum eſt, nec creditor fortaſsè maligna & iniqua mente fructus rei poſſeſſæ diſſipet aut perdat, & id in necem debitoris, cuius maximè intereſt liberari ab obligatione qua quidem obſtrictus erat. Nam fructus rei obligatæ in cauſam & liberationem rei obligatæ cedunt, ita vt ſi fructus ſufficerent, rem diſtrahi opus non eſſet.

ARTICVLVS LXXVIII.

Defenſes aux parties de n'empeſcher les Commiſſaires.

Et defendons aux proprietaires & poſſeſſeurs ſur leſquels ſe feront leſdites criees & tous autres, de non troubler n'empeſcher leſdicts commiſſaires, ſur peine de priuation de droict, & autre amende arbitraire, à l'arbitration de iuſtice.

HIc articulus ſuperioris confirmatiuus eſt, & pœnam comminatur debitori qui rem poſſideri non patitur, & ſequeſtros aut fiduciarios bonorum

poſſeſſorum curatores interpellat. & id non immeritò: nam alioqui effectus ille poſſeſſionis eluderetur.

ARTICVLVS LXXIX.

De faire incontinent certifier criees.

Que le pourſuyuant criées ſera tenu incontinent apres icelles faictes, les faire certifier bien & deuëment ſelon nos anciennes ordonnances: & faire attacher la lettre de la certification à l'exploict des criées ſoubs le ſeel du iuge qui l'aura faict, auparauant que s'en pouuoir aider, ne faire aucune pourſuitte deſdictes criées, & ſur peine de la nullité d'icelles.

SVbhaſtatio & haſtæ fiſcalis fides ſolennibus legibus & moribus à lege aut conſuetudine præſcriptis dirigi debet. nam odioſum huiuſcemodi ius eſt, ſicut & executionis via: propterea ab huiuſcemodi ſolennitatibus ne tranſuerſum quidem vnguem diſcedere licet. Et quoniam variæ ſunt legum municipalium ſolennitates, varia & diuerſa iura perſequendi huiuſcemodi ſubhaſtationes: ita ſtatuto cautum eſt, vt ſuus cuiuſque regionis mos, ſui ritus

Digitized by Google

obſeruentur : & ne infinita in hoc partium controuerſia eſſet, optimo remedio conſultum eſt : nempe vt iudicis relatio aut certificatio ſtatim poſt edicta illa promulgata adſit, qua quidem conſtet omnia ritè & ſuo ordine peracta. Certificatio porrò illa fieri debet ex cõſilio, & vocatis antiquioribus pragmaticis, qui, vt vulgò dicitur, primas in iure dicendo in foro partes obtinent.

ARTICVLVS LXXX.

Amendes contre les calomnieux oppoſans auſdictes criées.

Tous oppoſans calomnieuſement à criées deboutez de leur oppoſition, ſeront condamnez en l'amende ordinaire, telle que de fol appel en nos cours ſouueraines, & de vingt liures pariſis ez autres iuriſdictions inferieures, & plus grandes à la diſcretion de iuſtice, ſi la matiere y eſt trouuee diſpoſee, & autant enuers les parties.

NON eſt opus aliqua interpretatione in hoc articulo. nam calumnioſum duntaxat interceſſorem & opponentem, quod aiũt, coercet & mulctat,

Calumnia autẽ in eo dignoſcitur, cùm quis nulla legitima ratione, nullo legitimo titulo præcedente opponit aut intercedit. Nam huiuſcemodi interceſſionis calumnioſæ prętextu iudiciũ ipſum principale diffunditur, & curſus illius ſuſtinetur in fraudem aliorum creditorum, & ipſius debitoris, cuius quidem res poſſidentur, & propterea mulcta digni ſunt.

ARTICVLVS LXXXI.

Touchant les oppoſans afin de diſtraire.

Que pour les oppoſitions afin de diſtraire, ne ſera retardée l'adiudication par decret, s'ils ont eſté ſix ans au parauant que d'intenter leurs actions, ſur leſquelles ils fondent leurs diſtractions, à commencer depuis le temps que preſcription aura peu courir. Et neantmoins en verifiant leurs droicts, ſerõt payez de leursdits droicts ſur le prix de l'enchere, ſelon leur ordre de priorité & poſteriorité.

Hic articulus commendatione ſanè non eget. nam inexplicabiles fraudes & technas quæ in huiuſcemo-

di litibus & iudiciis ſubhaſtationũ exordiendis committuntur, explicat & enodat. plerumque enim id fiebat cùm bona poſſiderentur, & auctioni ſubiicerentur, vt calumnioſus creditor quidã cum debitore colludens intercederet bonorum poſſeſſorum pignerationi, optimamque partem diſtrahi deſideraret, & ſibi vt propria addici & adiudicari, licèt nec poſſeſſor eſſet tempore poſſeſſionis bonorum, nec alio iure rei ipſi incumberet. propterea ita conſultum eſt, vt ſi ſex annis ceſſatum ſit, aut conquieuerit actio antequam bona poſſiderentur, ab eo tempore ſcilicet quo præſcriptio ipſa labi potuit, vtpote cõtra maiores vigintiquinque annis, non autem contra minores, tunc bona illa aut actiones rem ipſam immobilem cõcernentes non diſtrahẽtur, nec effectus ille adiudicationis bonorum poſſeſſorum ſuſtinebitur, ſed duntaxat in precio aut nummis intereſſe ſi quod huiuſcemodi interceſſor ſibi ius eſſe probet, exoluetur & præſtabitur ſecundùm ordinem illum prioritatis & poſterioritatis. Antiquo autem more & ordine ſemper diſtractio ipſa in corporibus fiebat,

non autem pecunia aut nummis æſtimabatur : quod nunc hac lege ſtatuti immutatum eſt cum ſex annis actio illa conquieuit antequam bona illa poſſiderentur, aut haſtæ ipſi ſubiicerentur.

ARTICVLVS LXXXII.

Que les choſes eſtans en main de commiſſaires, ſeront baillées à ferme.

Que tous ſequeſtres, commiſſaires, & depoſitaires de iuſtice commis au gouuernement d'aucunes terres ou heritages, ſeront tenus les bailler à ferme par authorité de iuſtice, parties appellees au plus offrant & dernier encheriſſeur : qui ſera tenu de porter les deniers de la ferme iuſques en la maiſon des commiſſaires, & d'entretenir les choſes en l'eſtat qu'elles leur ſeront baillées, ſans y commettre aucune fraude ne maluerſation, ſur peine d'amende à la diſcretion de iuſtice.

Ratio huiuſce articuli hinc fluxit, ne vili precio fructus prædiorum locarentur, & tacitis fraudibus conſumerẽtur in fraudem debitoris, qui quidem ex bona fide res ſuas diſtrahi patitur. proprereà palam & publicè huiuſcemodi

cemodi locationes fieri debẽt, ne fraus fiat. Et ſanè æquum eſt eandem in fructuum locationibus quam in auctionibus rerum formam & ſolennitatem ſeruari. Locationes autem huiuſcemodi vocatis his quorum intereſt, fieri debent: nec alia ratione quicquam moliri licet, vt ſemper fraudibus locus obſtruatur.

ARTICVLVS LXXXIII.

Touchant les frais des baulx à ferme deſdites choſes.

Que leſdits ſequeſtres & Commiſſaires ſeront tenus le iour dudit Bail à ferme, faire arreſter par iuſtice la miſe & deſpence qui aura eſté faicte pour le bail d'icelle ferme, en la preſence des parties, ou elles deuëment appellées.

HIc articulus ea ratione excogitatus eſt, vt fraudibus eorum occurreretur qui inanibus ſumptibus res ipſas conſumere conantur & tentant. nã ſumptus illi iudiciarij fraude & malitia nonnullorum plerumque vniuerſum fundum decoquunt, conſumunt, &

corrodunt: & propterea æquum eſt recta quadam ratione his rebus conſuli, vtputa certam formam præſcribendo, qua poſſit illa inſania ſumptuum circunſcribi. Et ſanè perquam rectè hoc articulo conſultum eſt vt huiuſcemodi ſumptus taxentur auctore prætore, aut eo iudice cuius authoritate locatio illa fructuum palam & publicè facta fuerit.

ARTICVLVS LXXXIV.

Ne pourront leſdits Commiſſaires faire autres frais ſans ordonnance de iuſtice.

Et ne pourront ſur les deniers de la ferme faire autres frais & miſes, ſinon qu'il leur fuſt ordonné par iuſtice parties appellées. Et partant rendront tous les deniers de la ferme ſans aucune deduction fors de ce qu'ils auront ainſi frayé comme deſſus, & de leurs ſalaires raiſonnables, apres qu'ils auront eſté ainſi taxez par iuſtice.

OMnes ſumptus ſi qui in re locata faciendi ſunt, auctore prætore fieri debent: nec quicquam illius iniuſſu

aut auctoritate ſpreta facere licet. Igitur hi demum ſumptus deduci poterũt, qui quidem prætore auctore & illius iuſſu ac imperij facti fuerint: alij non. nam aliter prohibitio illa ſumptus erogandi futilis & illuſoria eſſet.

ARTICVLVS LXXXV.

De ne plus inſerer és decrets ce que lon y ſouloit inſerer.

Que és arreſts ou ſentences d'adiudication de decret, ne ſeront doreſnauant inſerez les exploits des criées, ne autres pieces qui ont accouſtumé par cy-deuant d'y eſtre inſerez, mais ſera ſeulement faict vn recit ſommaire des pieces neceſſaires, comme il ſe doit faire és arreſts & ſentences données és autres matieres.

VT breuitati conſuleretur, & auaritiæ ſcribarum, qui verboſis paginis quæſtum aucupantur, occurreretur, hunc articulum addere non pœnituit. nam futilis prorſus, inanis & ſuperuacua eſt huiuſcemodi verboſa omnium litis actorum recitatio, cum nec narratis in ſententia vlla fides ha-

benda ſit, niſi aliunde legitimis probationibus ita ſe habere doceantur.

ARTICVLVS LXXXVI.

Publication d'enqueſtes, excepté en Parlement & Requeſtes du Palais.

Que en matieres ciuiles il y aura par tout publication d'enqueſtes, excepté en noſtre cour de Parlement, & requeſtes de noſtredit Parlement à Paris, où il n'y a accouſtumé auoir publication d'enqueſtes, & iuſques à ce que autrement en ſoit ordonné.

ARticulus hic miram æquitatem complectitur, cum in obſcuro & ſub nube litigare maximè noxium ſit, & omnia patêre & libera eſſe in iudiciis, non autem aliquo inuolucro obuoluta eſſe debeant. tamen ab omni æuo in ſubſelliis illis requeſtarum & in ampliſſimo ſenatu propter, vt aiunt, auctoritatem in his contendentium, interdicta eſt huiuſcemodi publicatio, vt abſtruſior & ſecretior, & quam promulgare fas non ſit.

Digitized by Google

ARTICVLVS LXXXVII.

Commutations d'inuentaires & productions.

Qu'en toutes matieres ciuiles y aura communication d'inuentaires & productions.

AB eadem æquitate dependet hic articulus. nam communicanda omnia ſunt inuicem inuentaria & productiones, vt aperto marte pugnetur, non autem in obſcuro, aut ſub nube.

ARTICVLVS LXXXVIII.

Dommages & intereſts de temerité & calumnie.

Qu'en toutes matieres reelles, perſonnelles & poſſeſſoires, ciuiles, & criminelles y aura adiudication de dommages & intereſts procedans de l'inſtance & de la calumnie ou temerité de celuy qui ſuccumbera en icelles, qui ſeront par la meſme ſentence & iugement taxez & moderez à certaine ſomme, comme il a eſté dit cy-deſſus : pourueu toutesfois que leſdits dommages & intereſts ayent eſté de-

Digitized by Google

mandez par la partie qui aura obtenu, & deſquels les parties pourront faire remonſtrance ſommaire par ledit procez.

AD articuli huiuſce explicationem hac diſtinctione eſt opus, nempe duplicem intereſſe & damnorum rationem eſſe. Alia enim damna eſſe quæ quidem ex natura litis & inſtantiæ, vt aiunt, naſcuntur: veluti cum calumnia procuratoris, tergiuerſatione partis collitigantis eſt deterior res facta mea, quòd nec vti licuit, quòd inanes ſumptus profundendi fuerunt, qui quidem cum ſumptibus litis nunquam æſtimatur. nam reuera huiuſcemodi damna & intereſſe non ſunt intrinſeca, & ex re ipſa naſcentia & prodeuntia, ſed ex litis ipſius longo ordine & contextu, & calumnia ac temeritate perperam litigantis conflata. Alia verò damna ſunt & intereſſe ex re ipſa naſcẽtia & prodeuntia, quæ quidem litis cauſatiua eſt: vtputa cum perperam executio facta eſt, damnatur executor, quicquid ſit, is cuius mandato id geſtum eſt, in damnis & intereſſe executionis: quæ quidem dãna ab huiuſcemodi executione naſ-

cuntur, non autem ab inſtantia. Idem cum quis turbatus eſt in poſſeſſione, & id perperam, damnatur qui turbauit, in damnis & intereſſe naſcentibus ex tali turbatione, non autem ab inſtantia ipſa procedentibus. nam natura inſtantiæ alia damna gignit. Concludemus itaque, ea damna quæ ex inſtantia ipſa calumnia & temeritate collitigantis naſcuntur, eſſe per iudicem eodem iudicio moderanda & æſtimanda, ne ſuper æſtimatione huiuſcemodi nouæ lites contexantur & exoriantur. Contrà ea damna quæ quidem non ex inſtantià, ſed ex re ipſa naſcuntur, vt ſuprà explicauimus, non eſt neceſſe iudicio æſtimare aut moderari, ne irrita aut nulla ſint iudicia quibus damna illa non æſtimamus aut moderamur. Secus in aliis dānis & intereſſe quæ quidem ex lite oriuntur. nam illa ſunt æſtimanda. & ita arreſto eſt deciſum, ſummo illo & auguſtiſſimo iuris totius fonte præſide Lyſetio ius dicente.

Digitized by Google

ARTICVLVS LXXXIX.

Dommages & intereſts ſeront eſtimez par les iuges en iugeant le principal.

Que en toutes condemnations de dommages & intereſts procedans de la qualité & nature de l'inſtance, les iuges arbitreront vne certaine ſomme, ſelon qu'il leur pourra vray ſemblablement apparoir par le procés, ſelon la qualité & grandeur des cauſes & des parties: ſans ce qu'elles ſoient plus receus à les bailler par declaration, ne à faire aucune preuue ſur iceux.

HIc articulus congruit planè & conſonat cum præcedēti articulo, nec aliam interpretationem deſiderat. liquet enim ex diſpoſitione iuris damna ipſa ex qualitate & circunſtantia rerũ eſſe moderanda, non autem omnia æqua lance penſanda.

ARTICVLVS XC.

De ne differer de iuger pour le decés des parties, ſi le procés eſt en eſtat.

Quand vn procés ſera en eſtat de iuger, le iuge quel qu'il ſoit, pourra proceder au iugement, & prononcer ſa ſentence, nonobſtant que l'vne ou l'autre des parties ſoit decedé, ſauf à ceux contre leſquels on la voudra faire executer, ſe pouruoir, ſi bon leur ſemble, par appel autrement fondé que ſur nullité de ſentence, comme donnée contre vn decedé.

EX regula & diſpoſitione iuris ſententia contra mortuum proferri nõ poteſt. nam ex Pauli ſententia, impoſſibile iudicis præceptum, nullius momenti eſt. quod quidem reſpectu mortui aut defuncti eius naturæ eſſe neceſſariò eſt cenſendum. & ita moribus noſtris ab æuo omni receptum fuit, vt iudicia contra mortuos aut defunctos lata, nullius momenti eſſent. Itaque neceſſarium erat vt edicto hæredes vocarentur ad iudicium cum defuncto cœptum ſuſtinendum aut deſerendum. Sed hac ſtatuti regula id ſublatum eſt, vt pote in cauſis quæ iam cõcluſæ ſunt, & in iudicij procinctu, nec aliud quàm officium ipſum iudicis deſiderant. tunc enim ſine alio contextu litis iudicium

ferri poteſt, cùm nihil ſuperſit ad litis ordinem & inſtructionem. concluſio enim ipſam coronidem & finem imponit litis contexendæ ordini.

ARTICVLVS XCI.

Quelles ſentences de iuges ſubalternes ſeront executoires nonobſtant l'appel.

Que les ſentences de prouiſions, d'alimens & medicamens, données par les iuges ſubalternes iuſques à la ſomme de vingt liures Pariſis, ſeront executées nonobſtant l'appel, & ſans preiudice d'iceluy, en baillant caution, comme de iuges royaux.

CErtum eſt iudicia huiuſcemodi fauorabilia & prouiſoria, quoniam dilationem non recipiunt, fauorabiliùs eſſe tractanda. Itaque ob regiam iudicum à rege inſtitutorum auctoritatem, iudicia huiuſcemodi ab eis lata executioni pendente appellatione mandabũtur. Et quoniam pedanei illi iudices qui ſuas ſententias & dictant & proferunt, non eiuſdem auctoritatis, nõ eiuſdem ponderis erant, executio iudicio-

rum vſque in diem appellationis deciſę ſuſpendebatur & ſuſtinebatur, nec executioni iudicia mandabantur: quòd ſanè perquam durum erat, cùm interim qui alendus erat, alimentis miſerè careret: qui à medico curandus erat, ſumptus ei ad curandum neceſſarij deficerent: & nonnunquam miſerè pauperculus homo inopia aut inedia deperibat. quamobrem cum æquitate maxima id ſublatum eſt, & ſtatutum huiuſcemodi iudicia etiam per pedaneos iudices lata, executioni mandari poſſe pẽdente appellatione, veluti reipſa dilationem non recipiente ex diſpoſitione iuris. nec ad alias ſpecies huiuſcemodi iudicia extendemus. nam in aliis exequi non licet.

ARTICVLVS XCII.

Touchant la cognoiſſance des cedules.

Que toutes parties qui ſeront adiournées en leurs perſonnes en cognoiſſance de cedule, ſeront tenuës icelles cognoiſtre ou nier en perſonne, ou par procureur ſpecialement fondé pardeuant le iuge ſeculier, en la iuriſdiction

duquel ſeront trouuez, ſans pouuoir alleguer aucune incompetence: & ce auant que partir du lieu où leſdites parties ſeront trouuées: autrement leſdites cedules ſeront tenuës pour confeſſées par vn ſeul defaut, & emporteront hypotheque du iour de la ſentence, comme ſi elles auoient eſté confeſſees.

ARticulus hic à communi regula & ratione iuris recedere videtur. nam confeſſiones coram iudice incompetẽte factæ, ex ratione iuris nullę videntur, nec vllum probationis effectum producere poſſunt. propterea huiuſcemodi chirographorum aut idiographorum agnitiones non niſi coram iudicibus competentibus fieri poterant: aut ſi factæ erant, partem confitentem & agnoſcentem non obſtringebant: ſed in odium fugitantium debitorum aliter conſtitutum eſt, nempe vt idiographa illa etiam coram quouis iudice agnita, agnoſcentem obſtringant & confitentem: & in contumaciam confiteri & agnoſcere nolentium, pro agnitis habeantur. Effectus autem agnitionis hic eſt, vt hypothecam gignat. quod admirandum ſanè eſt. nam obligatio perſo-

Digitized by Google

nalis etiam publicè concepta, ſi ſententia iudicis confirmetur, non parit nec gignit hypothecam niſi executioni ſententia mandetur, & ex cauſa iudicati pignora capiantur. ſecus eſt in idiographo. Nam à die agnitionis hypothecam parit: & id iuſtiſſima cum ratione: quippe cum duplex & geminata in eo confeſſio ſit: prima per idiographum, ſecunda per confeſſionem huiuſce idiographi approbatiua: ex quo fit vt hypotheca ratione illius geminationis ſpontaneæ procedentis non immeritò exoriri debeat, cum in iudiciis certum ſit ea non niſi in inuitas perſonas reddi. & ſic non eiuſdem auctoritatis cenſeri poſſunt, atque geminatio illa cõfeſſionum ex pura illa & liberali profeſſione profitentis naſcens & procedens.

ARTICVLVS XCIII.

De quand vne cedule deniée aura hypotheque.

Si aucun eſtant adiourné en cognoiſſance de cedule, compare ou conteſte deniant ſa cedule, & par apres elle eſt prouuée par le creancier,

l'hypotheque courra & aura lieu du iour de ladicte denegation & conteſtation.

ARticulus hic maxima æquitate nititur. Æquum enim non eſt inficientis conditionem meliorem fieri, quàm eius qui bonam fidem agnoſcit, propterea leuiori pœna coerceri non potuit, quàm vt à die denegationis & calumnioſę inficiationis hypotheca creetur: non ſecus atque ſi bonam fidem quam agnoſcere tenetur, agnouiſſet. nam ſi ab initio agnouiſſet, ex eo die agnitionis hypotheca ipſa nata fuiſſet: quod multo æquius eſt obſeruari in eo qui dolo malo inficiatus eſt, cum dolus illius alij fraudi eſſe non debeat, quàm ei qui dolum commiſit. Nam & inficiatione condemnatio creſcit, & beneficia etiam à iure indulta pereunt: veluti in lege Aquilia in beneficio illo, quòd inſolidum quis non condemnatur, ſed quatenus facere poſſit, per inficiationem amittitur.

ARTICVLVS XCIV.

Reſtitution de fruicts depuis la demeure & mauuaiſe foy.

Digitized by Google

Qu'en toutes matieres reelles, petitoires, & perſonnelles intentées pour heritages & choſes immeubles, s'il y a reſtitution de fruicts, ils ſeront adiugez non ſeulement depuis conteſtation en cauſe, mais auſsi depuis le temps que le condamné a eſté en demeure & mauuaiſe foy auparauant ladite conteſtation, ſelon toutesfois l'eſtimation commune, qui ſe prendra ſur l'extraict des regiſtres des greffes des iuriſdictions ordinaires, comme ſera dit cy-apres.

HIc articulus ex mera & pura iuris ratione depromptus eſt. Certum enim eſt malæ fidei poſſeſſorem ex diſpoſitione iuris omnes fructus præſtare cogi bonæ fidei poſſeſſori extantes, & poſt litis conteſtationem vniuerſos. Fuit itaque vetus quæſtio, an qui bona fide fundum poſſidet, ſi poſtea malæ fidei efficiatur, fructus ſuos faciat: multis in eam partem inclinantibus, eum qui ab initio bonæ fidei poſſeſſor fuit, & cuius fundamentum bona fides fuit, licet poſtea malæ fidei poſſeſſor efficiatur, & fructus ſuos facere, & rem præſcribere poſſe, & id ex ratione iuris ciui-

lis: nec malam fidem niſi à litis conte-
ſtati one conſtitui. & ita moribus no-
ſtris receptum eſt, vt à litis conteſtatio-
ne demum bonę fidei poſſeſſor origine,
fructus reſtituere compelleretur. & ſex-
centis iudiciis id eſt confirmatum. Sed
legis & ſtatuti noſtri articulus, qui qua-
dam ęquitate canonica conditus eſt, ab
eo tempore faciendam fructuum adiu-
dicationem cenſet & ſancit, quo quis
malæ fidei eſſe cœpit. Quod ita inter-
pretabimur, vtputa ſi quis bona fide rē
emerit, ſed poſtea cognitis inſtrumen-
tis aduerſarij rem ſuam non eſſe agno-
uerit, & ſic malæ fidei eſſe cœperit, niſi
ab eo tempore quo ſe malæ fidei poſſeſ-
ſorem agnouit, rem ipſam ſtatim reſti-
tuat, aut poſſeſſione illius cedat, ſed litē
ipſam ſuſtineat. certum eſt eum omnes
fructus ex præſcripta norma ſtatuti ab
eo tempore quo quidem malæ fidei eſſe
cœpit, præſtare cogi. nam malam fidem
fructuum conſequentiam quandā con-
nexam habere ſancitum eſt. Sed hoc ita
demum apud nos obſeruari intelligo, ſi
oculatiſſimè & manifeſtiſſimè de fide
illa mala conſtet. nam ſi vel minima du-
bitationis ſcintilla ſubſiſtat, nec veritas
illa

Digitized by Google

illa malæ fidei illuceſcat, certum eſt fructus ex communi ratione iuris non niſi à lite conteſtata adiudicari. nam ab eo tempore malam fidem præſumimus & agnoſcimus ex iuris certa & indubitata ratione. Nec adieciſſe hoc pœnitebit, fructuum quoſdam naturales appellari, qui ſponte ſua magis quàm induſtria hominum proueniũt. Alios induſtrios, aut induſtriales, in quibus induſtria plurimùm poteſt. dubitatúmque propter contraria legum capita, an bonæ fidei poſſeſſor huiuſcemodi fructus naturales ſuos faceret, nécne. nam de induſtrialibus certum eſt bonæ fidei poſſeſſoris eos fieri ex deciſione Pauli in.l. fructus. ff. de vſur. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. do. Licet itaque ex communi omnium de iure reſponſantium ſentẽtia in eam partem concluſum & reſponſum ſit, bonæ fidei poſſeſſorem, ſi titulo nitatur, etiam fructus naturales ſuos facere, ſecus ſi titulo nullo cauſa illius cõſiſtat: tamen ita moribus noſtris receptum eſt comprobatum, bonæ fidei poſſeſſorem quamdiu bona fide poſſidet, ſine vlla exceptione fructus ſuos omnes facere, ſiue ſponte & natura, ſiue

Digitized by Google

induſtria proueniant:nec diſtinctio vlla attenditur an induſtriales, an naturales ſint, ſed duntaxat malæ fidei initium, ſi de fructuum reſtitutione agatur , ſpectabimus.

ARTICVLVS XCV.
Temps pour obeyr aux arreſts, & autres tels iugemens liquides.

Que en matiere d'execution d'arreſts ou iugement paſſé en forme de choſe iugée donnée en matiere poſſeſſoire ou petitoire, ſi le tout eſt liquidé par ledit iugement ou arreſt, que en ce cas dedans trois iours preciſément apres le commandement faict au condemné, il ſera tenu obeyr au contenu dudit iugement ou arreſt: autrement à faute de ce faire, ſera condemné en ſoixante liures Pariſis d'amende enuers nous, ou plus grande, ſelon la qualité des parties, grandeur des matieres, & longueur du temps : & en groſſe reparation enuers la partie, à l'arbitration des iuges ſelon les qualitez que deſſus.

HIc articulus ex iuris fontibus hauſtus eſt. nam iudicatis, hoc eſt cōdemnatis, legibus duodecim tabularū

Digitized by Google

tempora certa dabantur & præſcribebantur intra quæ rei iudicatæ parendũ erat. quod hoc ſtatuti articulo cauetur, videlicet vt ſi adiudicatio & condemnatio certa & liquida ſit, ſiue in petitionis ſiue in poſſeſſionis cauſa, infra triduum neceſſariò parendum & ſatisfaciendum ſit iudicatis, cum amplius nulla quæſtio ſuper liquidatione vertatur, ſed res iudicata certa & indubitata ſit, & quæ nullo remedio attentari poſſit.

ARTICVLVS XCVI.

Peines de temeraires empeſchemens d'execution deſdicts iugemens.

Et où le condemné ſera trouué appellant, oppoſant, ou autrement friuollement & induëment empeſchant l'execution dudict iugement ou arreſt, par luy ou par perſonne ſuſcitée ou interpoſée, il ſera condemné en l'amende ordinaire de ſoixante liures Pariſis, & outre en autre amende extraordinaire enuers nous, & en groſſe reparation enuers la partie, à la diſcretion des iuges. Et neantmoins ſera la partie empeſchant induëment ladite execution, condemné à faire executer ledit iuge-

Digitized by Google

ment ou arreſt a ſes propres couſts & deſpens dedans certain brief delay, qui pour ce faire luy ſera prefix, ſur groſſes peines qui a celuy ſeront comminées, & en defaut de ce faire dedans ledit delay, ſera contrainct par emprisonnement de ſa perſonne.

QVi fruſtra aut perperam appellat, vel temere intercedit, non immeritò gratiſſima pœna & mulcta coercetur in rem fiſci & colligantis. necnon alia pœna addita eſt, vt impenſis & ſumptibus eius qui huiuſcemodi tergiuerſationibus executionem rei iudicatæ eludit, executio fiat. id enim æquiſſimum eſt, & iuri conſonum, vt doli ſui pœnam ferat. Mirum eſt quòd carceris pœna indicitur in ciuilibus & ordinariis negociis, cũ ciuilia negotia ciuilibus pœnis & pecuniariis coercenda eſſe videantur. attamen & iure duodecim tabularum ita receptum fuit, vt & qui condemnati ſunt & iudicati, vinculis coercerentur: & qui in fraudem creditorum bona ſua alienarunt, bonis omnibus exuantur, nécnon pœna carceris indicatur.

Digitized by Google

ARTICVLVS XCVII.

Touchant les reparations & autres telles choſes qu'il conuient premierement liquider en execution de iugemens.

Et ſi ſur l'execution dudit iugement ou arreſt eſtoit requis cognoiſſance de cauſe pour meliorations, reparations, ou autres droicts, qu'il conuiendroit liquider, le condemné ſera tenu verifier & liquider leſdites reparations, meliorations ou autres droicts, pour leſquels il pretend retention des lieux & choſes adiugées dedans certain brief delay ſeul & peremptoire, qui ſera arbitré par les executeurs ſelon la qualité des matieres, & diſtance des lieux. Autrement à faute de ce faire dedans ledit temps, & iceluy eſcheu, ſans autre declaration ou forcluſion ſeront contraincts les condemnez eux deſiſter & departir de la iouyſſance des choſes adiugées, en baillãt caution par la partie qui aura obtenu, de payer apres la liquidation ce qui ſeroit demandé par le condemné. Laquelle liquidation il ſera tenu faire dedans vn autre brief delay qui luy ſera prefigé par les iuges: & neantmoins ſera condemné en amende enuers nous, & en

Digitized by Google

reparation enuers la partie pour la retardation de ladicte execution, ſelon les qualitez que deſſus.

IMpenſarum res eſſe ſpecies iure certum eſt: alias enim neceſſarias, alias vtiles, alias voluptuarias. Quænam ſint neceſſariæ, quæ vtiles, quæ voluptuariæ, ſatis iuris ratio docet. Quarum autem impenſarum nomine retentio rerū adiudicatarum fieri debeat, hactenus eſt dubitatum: ſed ita receptum eſt, vt neceſſariarum nomine retētio fiat. nam hæ impēſæ rem ipſam diminuunt, quoniam ſine his interitura aut deterior futura eſſet, vt lex ait: & interim dum retentio illa fit ob non reſtituta aut refuſas impenſas, quæ quidem liquidę ſunt, qui retinet, certè poſtulabit ſe fructuū reſtitutione liberari, donec illi ſatisfactum ſit de impenſis. Et hęc ſanè petitio æqua eſt, & ita arreſto cōfirmata. Idem cùm ſors ipſa quæ reſtituenda eſt, non reſtituitur. & ita deciſum eſt arreſto in rem domini de *Arpaion* contra dominam de *Marmendes*, donec ſors reſtituta ſit, ad fructuum reſtitutionem non cōpelli. nec id mirum, cùm interim ſors

Digitized by Google

ipſa inutilis iaceat, & reſtitutione fructuum abſumi poſſit. Vtilium verò nomine non retentio fit, ſed deductio: niſi voluntate & conuentione partium aliter expreſſum & conuentum eſſet. Voluptuariarum nulla ratio habetur: nec deducendæ ſunt, ſed ea duntaxat ab eo qui fecit auferenda, quæ ſine domus iniuria auferri & abſtrahi poſſunt. Si igitur qui condemnatus eſt, rem adiudicatam prætextu impenſarum retineri velit, aut quia neceſſariæ ſint, aut vtiliter ex voluntate auctoris vincentis factæ: partium illius eſt eas quam citiſſimè fieri poterit, & intra diem dimenſam liquidare, quod aiunt, & ad certam ſubductionem & ratiocinationem reducere: alioqui pœna à ſtatuto indicta mulctabitur.

ARTICVLVS XCVIII.

Condemnez à rendre fruicts, exhiberont comptes, &c. affermeront, &c. & payeront ce qu'ils auront affermé dedans vn mois.

Et ſur la liquidation des fruits, nous ordonnons que les poſſeſſeurs des terres demandées, ou leurs heritiers ſeront tenus apporter par deuant les executeurs des iugemens & arreſts au iour de la premiere aſſignation en ladicte execution, les comptes, papiers, & baulx à ferme deſdites terres, & bailler par declaration les fruicts par eux prins & perceus comprins en la condemnation: & affermer par ſerment iceluy contenir verité: & dedans vn mois apres pour tous delays ſeront tenus payer les fruicts ſelon ladite affirmation.

HIc articulus facilior eſt quàm vt vlla interpretatione egeat. Nam aut ſunt liquidi fructus, aut illiquidi. Si liquidi, reus exoluere aut præſtare cogitur. Si illiquidi, dum quæſtio ſuper eo vertetur, eos quidem qui liquidi erunt, præſtare cogetur, vtputa eos quos ſacramento duntaxat deberi confirmabit, ſalua ſemper quæſtione ſuper ampliori fructuum reſtitutione: qua quidem pendente eos fructus qui liquidi ſunt, condemnatus præſtare cogetur.

Digitized by Google

ARTICVLVS XCIX.

Pourront les parties informer ſur plus grand valeur de fruicts, ſi elle eſt maintenuë.

Et neantmoins pourra la partie qui aura obtenu iugement à ſon profit, & qui pretend y auoir plus grands fruicts, ou de plus grande eſtimation, informer de plus grande quantité & valeur deſdits fruicts, & la partie condemnée au contraire, le tout dedans certain delay ſeul & peremptoire, qui ſera arbitré par l'executeur.

HIc articulus à prioris interpretatione dependet. Licet enim nonobſtante ſacramento partis collitigantis id probare, ampliores fructus deberi quàm ab eo confirmati ſint: nec ſacramentum illud iudiciarium in caput alterius quàm eius qui confirmauit, contorquetur.

ARTICVLVS C.

Peine à celuy qui aura mal & calumnieuſement affermé leſdits fruicts.

Digitized by Google

Et où il ſe trouueroit par leſdictes informations & preuues, ladicte partie condemnée auoir mal & calumnieuſement affermé: & leſdits fruicts ſe monter plus que n'auoit eſté par elle affermé, ſera condemnée en groſſe amende enuers nous, & groſſe reparation enuers la partie.

ARTICVLVS CI.

Peine à celuy qui aura en plus calumnieuſement inſiſté.

Et pareillement où il ſe trouueroit leſdits fruicts ne ſe monter plus que ladite affirmation, celuy qui a obtenu iugement, & qui auroit inſiſté calumnieuſement à ladite plus grande quantité & valeur deſdits fruicts, ſera ſemblablement condemné en groſſe amende enuers nous, & groſſe reparation enuers la partie à la diſcretion des iuges, ſelon les qualitez des parties, & grandeur des matieres.

HIs duobus articulis calumnia eorũ coercetur, qui perperam ac dolo malo ampliores fructus ſibi deberi cõtendunt quàm debeantur, & qui minores fructus ſe percepiſſe dicunt quàm reuera perceperint. Nam cum vterque

in vitio & calumnia ſit, meritò plecti debet. Hæ autem pœnæ omnes ea ratione ſunt conſtitutæ, vt iudiciaria illa puritas (quę maximè in ſinceritate fidei conſiſtit) nullis tendiculis aut mendacij tenebris implicetur & obnubiletur: ſed omnia ſyncerè & ex æquo & bono peragantur & contexantur.

ARTICVLVS CII.

De faire en tous ſieges royaux rapport de la valeur de tous gros fruicts par chacune ſepmaine.

Qu'en tous les ſieges de nos iuriſdictions ordinaires, ſoient generaux ou particuliers, ſe fera rapport par chacune ſepmaine de la valeur & eſtimation commune de toutes eſpeces de gros fruicts: comme bleds, vins, foings, & autres ſemblables, par les marchans faiſãs negociations & ordinaires deſdites eſpeces de fruicts: qui ſeront contraincts à ce faire, ſans en prendre aucun ſalaire, par mulctes & amendes, priuation de negociation, empriſonnement de leurs perſonnes, & autrement à l'arbitration de iuſtice.

RAtio huiuſce legis & articuli condendi fuit, quòd multæ & infinitæ

lites oriebantur ſuper fructuum certa æſtimatione, cum quis ad certam grani, hordei, tritici, auenæ, quantitatem pręſtandam condemnabatur. Nam & precia rerum huiuſcemodi, vt lex ait, ex ratione & locorum & perſonarum variis & diuerſis preciis atque ęſtimationibus funguntur. Propterea vt infinitus hic litium modus pręcideretur, ſtatuto hoc cauetur, vt ſingulis hebdomadis ſingulis locis certa relatio fiat & renuntiatio penes acta aut ſcribatum regiæ iuriſdictionis, vt vnicuique deſcribendi quicquid ſit & pernoſcendi facultas ſit verum valorem, precium & æſtimationē huiuſcemodi quantitatum. Nam cum lis ſuper æſtimatione rei aut quantitatis adiudicatæ orietur, tunc vt certa æſtimatio ſit, aliò confugiendum non erit, quàm ad ſcribatum illum in quo deſcriptæ ſunt æſtimationes certę rerũ aut quantitatum ſuper quibus negociũ eſt. Hæc autem omnia habent locum in iudicibus regiis tantùm. nam in aliis inferioribus erit quærendum ſuper veritate facti teſtimoniis peritorum.

Digitized by Google

ARTICVLVS CIII.

Marchans enuoyeront deux ou trois d'entre eux pour faire ledit rapport.

Et à ceſte fin ſeront tenus leſdits marchans d'enuoyer par chacun iour de marché deux ou trois d'entre eux qui à ce ſeront par eux deputez, & ſans eſtre autrement appellez ou adiournez, au greffe de noſdictes iuriſdictiõs, pour rapporter & enregiſtrer ledit prix par le greffier ou ſon commis, qui ſera incontinent tenu faire ledit regiſtre, ſans aucunement faire ſeiourner n'attendre leſdits deputez, & ſans en prendre aucun ſalaire.

DEpendet à ſuperiore articulo. vt enim certa æſtimatio fiat, oportet id peritorum iudicio cõmitti: qui quidem ex fide quæ geſta erunt referant & renuncient. Nam aliorum iudicio non ſtabitur. Et quoniam id munus neceſſarium eſt, æquum eſt ex peritis peritiſſimos eligi, qui rei veritatem ex bono & æquo referant.

Digitized by Google

ARTICVLVS CIV.

Fruicts ſeront eſtimez par extraicts des regiſtres deſdits rapports.

Et par l'extraict du regiſtre deſdits greffes, & non autrement, ſe pourra doreſenauant la valeur & eſtimation deſdicts fruicts, tant en execution d'arreſts, ſentences, ou autres matieres où il giſt appreciation.

OMnia, inquit, quorum appreciatio aut ęſtimatio neceſſaria eſt, & in ea ęſtimationis quæſtione vertuntur, certiori inſtrumento aut probatione decidi & concludi non poſſunt, quàm huiuſcemodi tabulis hanc ęſtimationẽ complectentibus. nam & publicę ſunt, & publica manu confectæ, & publicam fidem amplectuntur.

ARTICVLVS CV.

De conuenir de commiſſaires en cas de ſequeſtre, & laiſſer la poſſeſſion des choſes ſequeſtrées.

Et quant aux ſequeſtres ordonnez par iuſtice, ſeront tenuës les parties dedans trois iours

apres la ſentence conuenir de commiſſaires: & apres leſdits trois iours paſſez, ſoit qu'ils en ayent conuenu ou non, ſeront tenus les poſſeſſeurs ou detenteurs des choſes contentieuſes, laiſſer la detention ou occupation des choſes ſequeſtrées, ſur peine de priuation de cauſe.

CVratores bonorum, quos vulgò commiſſarios vocant, ex conſenſu partium collitigantium dari & eligi debent. nam inuitis & ignorantibus iniquum eſſet dari, ex quo inexplicabiles lites plerunque oriuntur. Nam dum ſuper his contenditur, litium infinitus creſcit numerus, & res ipſæ compoſitæ & indeciſę manent. Et propterea rectiſſimè & æquiſſimè comparatum eſt, vt dum lis pendet, nec de curatoribus coïre aut conuenire vel cõſentire poſſunt, interim poſſeſſor rebus occupatis cedat, ne incumbendi huiuſcemodi poſſeſſioni dulcedine in rixa ſemper & cõtrouerſia omnia retineat. Nam tędio poſſeſſionis ereptæ tunc conſentire cõgetur, & rationis cancellos ſubire & ingredi.

Digitized by Google

ARTICVLVS CVI.

Reſtablira le condemné par ſon ſerment.

Et pour le reſtabliſſement des fruicts ſera tenu le condemné rapporter par ſerment la quantité de ce qu'il aura prins deſdits fruicts, & ſelon ledit rapport en faire reſtabliſſement promptement, ſur peine ſemblable de perdition de cauſe.

ARTICVLVS CVII.

Pourront les parties informer ſur plus grand reſtabliſſement au peril de l'amende.

Et ſera neantmoins permis à la partie qui aura obtenu ledit ſequeſtre, informer de la quantité & valeur deſdits fruicts outre ledit rapport par ſerment, & le condemné au contraire, au peril toutesfois de l'amende ordinaire enuers nous, & autant enuers la partie, contre celuy qui ſuccumbera.

HI articuli longiorem interpretationem non deſiderant, quàm ſuperioribus articulis ſit concluſum, deciſũ & defi-

& definitum, in quibus mentio fit reſtitutionis fructuum. nam hiſdem rationibus ſyllogiſmis & collectiuis omnia hæc ponderantur.

ARTICVLVS CVIII.

Comment ſeront mulctez tiers oppoſans temeraires aux executions d'arreſts & ſentences executoires nonobſtant l'appel.

Que les tiers oppoſans contre les arreſts de nos cours ſouueraines, s'ils ſont deboutez de leurs oppoſitions, ſeront condemnez enuers nous en l'amende ordinaire du fol appel, & la moitié moins enuers la partie, & plus grande ſi meſtier eſt, ſelon la qualité & malice des parties: & contre l'execution des ſentences non ſuſpenduës par appel, ſeront cõdemnez en vingt liures Pariſis d'amende enuers nous, & la moitié moins enuers la partie, & plus grande ſi meſtier eſt, comme deſſus.

SVperioribus articulis ſatis deciſum eſt eos qui temerè intercedunt, & rerum iudicatarum auctoritatem eludũt, eadem pœna afficiendos, atque qui te-

merè appellaſſent, cùm in eodem ſint vitio, in eadem culpa, eiuſdem & conſimilis fraudis participes: & ſic hiſdem legum pœnis ſubditi.

ARTICVLVS CIX.

Semblable peine à ceux qui ſeront deboutez de correction, interpretation, changement, ou modification d'arreſt.

Semblables condemnations ſeront faictes contre ceux qui ſans cauſe baillent requeſtes pour faire corriger & interpreter, changer, ou modifier les arreſts donnez par noſdites cours: qui ſeront deboutez de l'enterinement de leurſdites requeſtes.

TRibus modis iudicatarum rerum auctoritas infringitur. Aut enim ſupplicationis via (quam vocant propoſitionem erroris) tentatur, & id intra biennium, vt conſtitutionibus regiis eſt præſcriptum, vt infrà ordine ſuo dicetur: vtpùta cum facti error (qui etiam prudentiſſimum fallit) interueniſſe dicitur. tunc enim prætextu erroris facti, etiam rerum iudicatarum reuocatur

Digitized by Google

aut infringitur auctoritas. Alia porrò via eſt cum quis dolo malo & falſis allegationibus iudicibus obrepſit, & eos circumuenit, aut falſis inſtrumentis: vel cum perperam inſtrumenta ea ſubtracta fuerunt, quæ ſi ſubtracta non eſſent, iudices tale iudicium non tuliſſent. & hoc vocatur ſupplicatio ciuilis, cuius ſuo loco mentio fit. Poſtremò alia & nouiſſima via eſt, & ſanè mitior & manſuetior, cum contraria aliqua capita arreſti eſſe dicũtur, aut cum obſcuris verbis concepta ſunt, vt ea interpretari libeat: vel cum ea vt perdura & peracerba, non mutanda, ſed lenimento quodã interpretationis condienda & moderãda aſſerimus: quæ quidem omnia per viam ſupplicis libelli (quam requeſtam vocant) tentantur: non autem via nec ſupplicationis ciuilis, nec propoſitionis erroris: vt etiam latius ſuo ordine explicabitur. In his itaque poſtremis nulla mulcta infligebatur aut indicebatur: quod hoc capite ſtatuti mutatum eſt, ſi dolus malus aut lata aliqua culpa in his interceſſiſſe aut interueniſſe dicatur.

ARTICVLVS CX.

Que les arreſts ſoient clairs & entendibles.

Et afin qu'il n'y ait cauſe de doubter ſur l'intelligence deſdits arreſts, nous voulons & ordonnons qu'ils ſoient faits & eſcrits ſi clairement qu'il n'y ait ne puiſſe auoir aucune ambiguité ou incertitude, ne lieu à en demãder interpretation.

HIc ſanè articulus miram æquitatem complectitur. nam & legum auctoritate & iuris ratione nihil æquius comparatum eſſe poteſt, quàm iudices iudicia ſua certa clara & nullius tenebris implicita partibus edere & proferre. nã ſi obſcura ſint, ex hac obſcuritate infinitæ lites, infiniti nodi & ſcrupuli naſcuntur, qui quidem miras tenebras offundunt. propterea dilucida arreſta eſſe æquum eſt.

ARTICVLVS CXI.

De prononcer & expedier tous actes en langue françoiſe.

Digitized by Google

Et pource que telles choſes ſont ſouuentefois aduenuës ſur l'intelligence des mots latins contenus eſdits arreſts, nous voulons que doreſenauant tous arreſts, enſemble toutes autres procedures, ſoient de nos cours ſouueraines, ou autres ſubalternes & inferieures, ſoient de regiſtres, enqueſtes, contracts, commiſſiōs, ſentences, teſtamens, & autres quelconques actes & exploicts de iuſtice, ou qui en dependent, ſoient prononcez, enregiſtrez, & deliurez aux parties en langage maternel françois, & non autrement.

ANtiquo more Galliæ arreſta ipſa, vt auguſtiora eſſent, & abditiorē quandam & ſacroſanctiorem fidem amplecterentur, verbis latinis concipiebā-tur, ex quibus ſanè plurimæ lites oriebantur: tandiu verbi latini interpretatio & controuerſia torquebat homines contētionis plerūque cupidiores quàm veritatis. propterea ad huiuſcemodi liticulas præcidendas hoc caput ſtatuti editum eſt.

ARTICVLVS CXII.

Amendes contre ceux qui calumnieuſement obtiendront lettres pour articuler faicts nouueaux.

Nous voulons que les impetrans de lettres pour articuler calumnieuſement faicts nouueaux, s'il eſt trouué qu'ils ne ſeruent à la deciſion du proces, ſeront condemnez enuers nous en l'amende ordinaire du fol appel en nos cours ſouueraines: & vingt liures Pariſis és inferieures, & moitié moins aux parties, & plus groſſes ſi meſtier eſt, comme deſſus.

CAlumnia litigantium hoc ſtatuti capite coercetur, cum diffundendi iudicij gratia facta noua proponunt & deducunt: quod ex eo dignoſcitur, ſi facta ſint inepta & impertinentia, & quorum probatio nihil ad robur cauſæ ſpectare dignoſcitur. tunc enim ea refelli æquum eſt & refutari, & litigantem ipſum qui hæc facta calumnioſe deduxit, vt calumnioſum & ſycophantam acerrimè coerceri. nam prætextu huiuſcemodi factorum nouorum, iudiciorum

Digitized by Google

deciſio aut pronunciatio, quæ quidem in procinctu erat, ſuſtinetur.

ARTICVLVS CXIII.

Executeurs d'arreſts ne pourront eſtre recuſez ſur les lieux.

Que nos conſeillers executeurs des arreſts de nos cours ſouueraines ne pourront eſtre recuſez ſur les lieux: ains nonobſtant les recuſations qu'on pourroit propoſer contre eux, paſſeront outre iuſques à la perfection deſdites executions. Mais bien pourront noſdits conſeillers eſtre recuſez auparauant leur partement, ſi bon ſemble aux parties, & il y ait matiere de ce faire.

HIc articulus perquã vtilis & æquus eſt. nam maligna & iniqua mens litigantium eò prorumpebat, vt cum vnus ex ſenatoribus ad exequendam rei iudicatæ auctoritatem prodiret, tunc fugitans reus aut actor iudicem executorem recuſabat: & ita executio ſuſtinebatur: quod hoc capite ſtatuti ſublatũ eſt. Cautum enim eſt, antè recuſandum eſſe, quàm in locum vbi executio faciẽ-

Digitized by Google

da eſt, prodierit. hoc autem ita intelligendum eſt, niſi iuſtiſſima & noua ex cauſa recuſatio emerſiſſet, & ad cognitionem partis recuſantis perueniſſet. tunc enim ab huiuſcemodi recuſatione repelli iniquum eſſet, ſi tam grauis, ita concludens & iuſta eſſe dignoſcatur, vt executorem ipſum ſuſpectiſſimum reddat. & ita ex æquitate maxima obſeruatum accepi & vidi.

ARTICVLVS CXIV.

De declarer en concluant en proces par eſcript le chef de la ſentence ou lon pretendra grief.

Que és appellations des ſentences des proces par eſcrit, où il y aura pluſieurs chefs & articles, ſeront les appellans tenus par la cõcluſion declarer ceux deſdits chefs & articles pour leſquels ils voudront ſouſtenir leur appel, & cõſentir que quant au ſurplus la ſentence ſoit executée: autrement & à faute de ce faire, ſeront en tout & par tout declarez non receuables comme appellans, ſans eſperance de relief.

Digitized by Google

HIc articulus æquitate maxima nititur. Nam cum ſententia ipſa plura capita diuerſa & diſtincta complectitur, certũ eſt diuidi poſſe, & à parte appellari, & parti ſtari poſſe: veluti ſi eodẽ iudicio vindiciæ (quam recredentiam vocant) adiudicentur, & plena poſſeſſio. tunc enim à capite vno appellare licet, & ab alio non. Idem ſi plures ſummæ petantur & diuerſæ: tunc diuidere ſententiam licet. Cùm igitur plura capita vna & eadem ſententia comprehẽdentur & concludentur, æquum eſt, ſi appelletur, cum in cauſa appellationis iudicium accipitur & cõcluditur, quod aiunt, exprimere à quo capite appelletur. Appellanti enim ex diſpoſitione iuris non obeſt quòd in libellis à qua parte ſententiæ appellaret, non dixerit: nec improbantur eorum appellationes, qui vel vnam appellandi cauſam probabilem habuerunt.

ARTICVLVS CXV.

Pour chacun chef de ſentences amende de fol appel.

Digitized by Google

Et pour chacun deſdits chefs & articles ſeparez y aura amende, ſinon qu'ils fuſſent tellement conioincts que la deciſion de l'vn emportaſt la deciſion de l'autre.

HIc articulus longiorem interpretationem non deſiderat. Nam certa in iure eſt regula, cum vnum caput iudicij eſt duntaxat, illud indiuiduum eſſe ex natura rei ſubiectæ. Cum autem plura ſunt capita, plures ſpecies, eas diuidi poſſe & ſeparari. propterea mirum non eſt ſi pro vnoquoque capite pœna aut mulcta indicatur & præſcribatur, cum diuidua illa ratio iudicij pœnarũ multiplicem rationem conſtituat. nam licet in vno capite perſiſtere, in alio non, ſi diuidua ſint capita, ſi diuiduæ ſpecies: vtputa, ſi vno libelli capite centum petantur vna ex cauſa & præſcripta, alio ducenta, & id ex alia cauſa: certum eſt iudicium illud diuiduum eſſe in pluribus illis & ſeparatis capitibus. propterea ſingula quoque capita, cum in vnoquoque ſit contumacia, ſingulis mulctis obſtringẽda. Licet porrò plura ſint nonnunquam & diuerſa capita, ſi tamen ita ſint coniuncta & connexa, vt ſe-

parari & diduci non poſſint, tunc coniunctio illa & connexa ratio eodem loco res conſtituit, atque ſi vnum & idem caput eſſet, & propterea indiuiduum iudicium. nam cum in poteſtate litigantis non eſſet iudicium diuidere & diducere, fruſtra hæc pœnæ ſtricta irrogatio indiceretur.

ARTICVLVS CXVI.

Appellans du pays de droict eſcrit amenderont leur fol appel.

Que les appellans du pays de droict eſcrit ſeront condemnez en amende pour le fol appel, comme les appellans du pays couſtumier.

VEtus fuit & obſoletus in hac foreſi turba receptus mos, vt appellantes in patria iuris ſcripti non mulctarẽtur: ex quo creſcebat ſanè appellantiũ temeritas & audacia, qui cum nullo metu mulctæ coercerentur, temere & paſſim diffundendi iudicij gratia appellabant: cum appellatio non detrectandi aut fugitandi ergò, ſed reformandi iu-

Digitized by Google

dicij iniquè & perperam lati recepta ſit, vt lex ait.

ARTICVLVS CXVII.

Ne ſera plus beſoin de demander apoſtres aux appellans de droict eſcrit.

Nous declarons & ordonnons qu'il ne ſera beſoing cy-apres aux appellans de droict eſcrit de demander apoſtres ainſi qu'il a eſté faict cy-deuant. Ainçois ſeront receus les appellans à faire pourſuitte de leurſdites appellations, ſans auoir demandé leſdits apoſtres, & ſans ce qu'il ſoit beſoing en faire aucunement apparoir pour releuer ne faire pourſuitte deſdites appellations.

EX antiqua iudiciorum norma & regula apoſtoli, hoc eſt libelli dimiſſorij, petebantur, vt appellationem ipſam proſequi liceret: nec aliter licebat ex ſtricta illa & ſubtili iuris ratione. Sed nũc hæc omnia ſublata ſunt, & obſoletis illis apoſtolorum formulis, appellationem citra apoſtolorum petitionem perſequi licet.

Digitized by Google

ARTICVLVS CXVIII.

Pour chacun fol appel vne amende ordinaire.

Que en toutes matieres où il y aura pluſieurs appellations, y aura pour chacun appel vne amẽde ordinaire du fol appel, ſans le pouuoir aucunement reduire ou moderer, ſinon en nos cours ſouueraines, s'il ſe trouuoit qu'il ſe deuſt ainſi faire pour tres-grande & tres-vrgente cauſe, dont nous chargeons l'honneur & conſcience de noſdictes cours.

AEquum ſanè eſt, & æquitati conſentaneum, vniuſcuiuſque in appellando temeritatem coerceri, & id mulctarum indictione: & hoc ſanè ex præſcripta legis norma & regula ita obſeruatum eſſe viſum eſt, vt cum diuidua ſunt ſententiæ capita, pro vnaquaque temeraria appellatione temere appellãs plectatur, licet vna & eadem ſit ſententia. Nec iudicibus inferioribus à ſummo illo & ſacroſancto tribunali hanc pœnam moderari licet, cum certa & lege ſit dicta & impoſita mulcta. ſupremo verò illi tribunali licet ex ſtricta illa &

præſcripta iuris ratione aliquid remittere, cum æquitatis fontem in ſinu incluſum habeat. nec in eum campum deſcendere opus eſt, cur ſummo tribunali potius quàm iudicibus inferioribus ſit permiſſum. nam ita ex principis auctoritate & maieſtate conſtitutum eſt.

ARTICVLVS CXIX.

Apres deux ſignifications de venir plaider en cauſe d'appel, ſera donné exploict.

Que és cauſes & matieres d'appel où il y aura deux ſignifications de requeſtes deuëment faictes au procureur de la partie, & il ne ſoit preſt au iour de l'audience, ſera donné exploict tout ainſi que ſi la cauſe eſtoit au roolle, qui ne pourra eſtre rabatu par relieuement de nos chancelleries ne autrement, en quelque maniere que ce ſoit.

CErtum eſt iudiciorum illum ordinem miræ auctoritatis eſſe in ſupremo illo tribunali. Nam cum negociorum turba premitur, ita vt nec reſpirare liceat, multa ſunt, quod aiunt, ex-

tra iudicium digerenda & decidenda: quod non niſi ex bona fide cognitorum iuris noſtri (quos procuratores vocant) geri poteſt. nam ſi mutuò bonam fidem agnoſcere velint, multa vtique præſtare poterunt, quæ quidem officij illorum erunt, & maximè litigantium rixam & controuerſiam placabunt.

ARTICVLVS CXX.

De ne bailler lettres de relieuement de deſertion ne peremption d'inſtance.

Qu'il ne ſera doreſnauant baillé aucunes lettres de relieuement de deſertion ne peremption d'inſtance pour quelque cauſe & matiere que ce ſoit: & ſi elles eſtoient baillées, defendons de n'y auoir aucun regard, ains les inſtances deſſuſdictes eſtre iugées, tout ainſi que ſi leſdites lettres n'auoient eſté obtenues ne impetrées.

HIc articulus fatigauit ſanè multorũ capita. Nam duo in eo ſunt membra. primum ſpectat & pertinet ad appellationis deſertionem. porrò quantũ ad deſertionem pertinet, certum eſt re-

ſtitutionem ex reſcripto principis dari non oportere certa illa & ſtricta iuris ratione. duos tamen articulos excipiemus: primum, cum quis diploma regiũ impetrauit ante illam deſertionis (quã vocant) denunciationem, ſed id executioni mandatum non eſt. tunc enim expenſis duntaxat mulctatur, & cauſas appellationis illi allegare & deducere permittitur. Secundum, cum quis dilationem ſibi ad exequendum diploma appellationis petiit, & interim denunciatur deſertio. tunc enim litigantes ita componuntur, vt expenſæ ipſæ reſeruẽtur in exitum & euentum appellationis, aut ſine expẽſis res ipſa decidatur. Nec in eo alij nodi reperiũtur, niſi cum quis diploma ante tempora appellationis elapſa impetrauit. tunc enim reſcripta huiuſcemodi vt obreptitia arreſtis reſcindi vidi, licet appellatio poſtea deſerta ſit: & id ex communi iuris ratione, cum illa appellationis & deſertionis denunciatio & executio odioſa ſit. Supereſt longè difficilior nodus & interpretatio in verbo illo peremptionis, & quis ſit effectus & natura peremptionis, & quomodo hoc iure vti ſoliti ſimus.

Digitized by Google

ſimus. Ad huius autem nodi explicationem & enodationem hoc vnum admonuiſſe ſufficiet, iure ciuili & ex illius norma & regula ita receptum eſſe, inſtantiã quidem perimi triennio, & id à tempore litis conteſtatæ. nam iudicium ipſum non niſi à litis conteſtatione cœptum intelligitur, vulga iuris ratione & deciſione: licet ſecus iure canonico inſtantia ipſa triennio perimi non dicatur. Inſtantiam & litem expreſſe dico, quoniã aliud eſt actio ipſa, aliud inſtãtia. Actio nempe aut perſonalis eſt, aut in rem. Si perſonalis, non niſi triginta annorum ſpatio præſcribitur. Si in rem, non niſi quadraginta annorum ſpatio excluditur. Et ſic triennio ipſo actio perempta dici non poteſt, cum tot annos viuat, nec niſi lõgiſſimo illo tempore præſcribi & extingui poſſit. In inſtantia autem ita ſubdiſtinguemus. aut enim lis conteſtata eſt, aut adhuc integra, & conteſtata non eſt. Si nondum conteſtata, lis propriè dici non poteſt. Certum eſt enim inſtantiam nullam ante conteſtationem eſſe, & propterea triennio non poſſe dici extinctam, aut reſcripto excitandam eſſe, cùm nulla exiſtens nec re-

uiuiſcere poſſit: ſed nouo iudicio experiendum eſſe, ita tamen, vt inſtantiæ illius effectum præſcriptionem ipſam excludere potuiſſe intelligamus, etiam ſine literis & reſcripto interruptionis. Porrò ſi iudicium acceptum aut lis cõteſtata fuerit, nemini non liquet actionem ipſam, etiam ſi temporalis ſit, tamen litis conteſtationis auxilio & beneficio vſque ad triginta necnon quadraginta annos porrigi & extendi ex legis ratione & deciſione. quare neceſſariò ita concludendum eſt, reſcripta nulla danda eſſe huius peremptionis reſtitutoria. nam ſi antecedentia litem conteſtatam, & præparatoria litis conteſtationis inſpiciamus, certum eſt huiuſcemodi inſtantiam (quę quidem nulla eſt) peremptam non poſſe dici. Quinetiam ſi annō ſit tãtùm ceſſatam, nouo reſcripto excitandam, non vt peremptam, ſed vt interruptam. Contrà ſi iudicium à litis conteſtatione formam ſuam ſumpſerit, certum eſt actionem ipſam perpetuam effici vſque ad tempora iuris legitima, licet acta ipſa, hoc eſt inſtructoria iudicij ex regula iuris ciuilis perempta dicantur ex communi ſcribentium

Digitized by Google

ſententia:non autem alia acta legitima, veluti elogia inqueſtarum. nam acta quæ, quidem per manum publicam & iudicis auctoritate in publicam formã redacta ſunt, extincta dici non poſſunt ex æquitate,& ratione iuris: licet ſecus eſſe dicamus in cauſa appellationis, quia perempta inſtantia perimitur & cauſa. In cauſa autem principali ſolùm acta præparatoria & proluſoria pereũt. Concludemus itaque in eum modum, hanc veram & germanam huiuſce articuli eſſe interpretationem, ſi nondum lis conteſtata ſit, peremptam non poſſe dici inſtantiam, quæ quidem nulla ſit. Contrà ſi iudicium ſit cœptum, & lis conteſtata,triennio non poſſe dici peremptam, ſed vſque ad triginta necnon quadraginta annorum ſpatium, ſecundùm naturam actionis ſubiectæ interpretatione extendi.

ARTICVLVS CXXI.

De ne donner defaux à la barre de Parlement ne ailleurs, ſinon aux Procureurs.

Que les conſeillers de nos cours ſouueraines ne

donneront point de defauts à la barre ne ailleurs, ſinon aux procureurs des parties, & non aux clercs ne ſolliciteurs.

HIc articulus magna quadam ratione excogitatus eſt, vt fraudibus quorundam improborum hominũ occurratur, qui nonnunquam falsò ſibi nomen alicuius probi procuratoris vẽdicantes, infinitas dilationes & diuerticula comminiſcuntur, & maximis nodis implicant pauperculos litigantes.

ARTICVLVS CXXII.

D'expedier par roolle les proces par eſcrit qui ſeront pourſuiuis.

Nous voulons que les preſidens & conſeillers és chambres des enqueſtes de nos cours ſouueraines iugent les proces par eſcrit, dont le iugement eſt pourſuiuy, ſelon l'ordre du temps de la reception, dont il ſera fait roolle, qui ſera publié & attaché au greffe de trois mois en trois mois, auquel ſeront rayez par le greffier ceux qui ſeront iugez incontinent apres le iugement conclu & arreſté.

Digitized by Google

ARTICVLVS CXXIII.

Enioinct au procureur general du Roy de faire garder ladite ordonnance.

Et voulons ladite ordonnance eſtre eſtroictemẽt gardée, & ſans y faillir ne meſprendre en quelque maniere que ce ſoit, ordonnant neantmoins à noſtre Procureur general d'y auoir l'œil, & la faire garder ſur peine de s'en prendre à luy, & neantmoins nous aduertir incontinent de la faute qui y ſeroit faicte, pour y pouruoir comme il appartiendra.

HIs duobus articulis miram æquitatem concluſam video. nam cum vt plurium accidat vt lites ipſæ & earum immenſa ſeries nonnunquam vitam litigantium ſuperet, admodum fuit æquum, remedio æquitatis promptè ita conſulere, videlicet vt vnuſquiſque ſuo ordine, & ratione temporis habita cauſæ ſuæ exitum ſortiatur. Sed huiuſcemodi albi deſcriptionem apud nos obſeruari non video, quinimo tumultuariè omnia iudicari, vt ſors cuiuſque, &

Digitized by Google

diligentia partis litigantis fert ſecundũ priſci temporis rationem: quæ ſanè res præſtantior videtur, cum diligentiæ vniuſcuiuſque ratio habeatur, & diligentibus non autem negligentibus iura ipſa ſubueniant. Æquum tamen eſſet, cum par vniuſcuiuſque diligentia eſſet, eum qui potior tempore eſſet, præferri.

ARTICVLVS CXXIV.

Preſidens ne conſeillers ne ſolliciteront pour autruy és cours dont ils ſeront.

Nous defendons à tous preſidens & conſeillers de nos cours ſouueraines, de ne ſolliciter pour autruy les proces pendans és cours où ils ſont nos officiers, & n'en parler aux iuges directement, ſur peine de priuation de l'entrée de la cour, & de leur gages pour vn an, & d'autre plus grande peine s'ils y retournent. Dont nous voulons eſtre aduertis, & en chargeons noſtre procureur general ſur les peines que deſſus.

HIc articulus magis æthicæ partes quàm practicæ amplectitur. nam ineptum ſanè & indecorum, nec non à

ſordibus paululum abeſſe viſum eſt, iudicem qui iuris dicendi tantùm rationẽ habere debet, litigantium iura velut proxenetam ſollicitare & procurare, & ex alto illo dignitatis gradu ita deiici, vt & ſui & legum æquitatis, maieſtatis, atque decori obliuiſcatur. nam Catoniana illa ſeueritas æqui & boni partibus condita in iudice maximè deſideranda eſt, quòd nullis precibus, nulla gratia, nullis ſordibus, non priuatis commodis à circulo & rombo ſuo detorqueatur.

ARTICVLVS CXXV.

De ne plus partir proces és cours ſouueraines.

Qu'il ne ſe fera doreſnauant aucun partage és proces pendans en nos cours ſouueraines, ains ſeront tenus nos preſidens & conſeillers conuenir en vne meſme ſentence & opinion, à tout le moins en tel nombre qu'il s'en puiſſe enſuiure arreſt & iugement auparauant que de vaquer & entendre à autre affaire.

ARTICVLVS CXXVI.

Vne voix empeſchera partage.

Et à ceſte fin pour empeſcher leſdits partages, voulons & ordonnons que quand il paſſera d'vne voix, ſoit le iugement & arreſt conclu & arreſté.

TAnta fuit priſcis & antiquis illis iudiciis dignitas & ſeueritas, vt ea ita demum rectè & rite lata exiſtimarētur, ſi omnium conſpirante conſenſu, nullo repugnante aut contradicente proferrētur. cum verò dubia quæſtio variis opinionibus diſtrahebatur, tunc ſi pares numero iudicum ſententiæ eſſent, nulla rei, nulla actoris ratio habebatur, ſed nō liquere palam pronūciabatur. quod eſt quod vulgò partitum proceſſum appellamus: licet in dubio ex ratione iuris pro reo reſpondēdum eſſet, ſicut & pro teſtamento. Itaque exhortatorius hic primus articulus eſt, vt ab his opinionū diſſidiis abſtineāt, & ita omnia componant, vt diſcordiæ locus non ſit. Sed his additur aliud remedium, vt ſi etiam vox vna aut vnius ſententia ſuperet, tunc amplius non liquere, nequaquam pronunciandum, aut comperendinatione vlla non vtendum, ſed aut pro actore aut pro reo pronunciandum.

Digitized by Google

ARTICVLVS CXXVII.

Ceux qui ſeront deboutez de reſtitution contre vn arreſt, l'amenderont.

Que tous impetrans de lettres royaux en forme de requeſte ciuille, relieuement ou reſtitution contre les arreſts de nos cours ſouueraines, s'ils ſont deboutez de leurſdictes lettres, ils ſeront condemnez enuers nous en vne amẽde arbitraire, qui ne pourra eſtre moindre que l'ordinaire du fol appel, & en la moitié moins enuers la partie, & plus grandes ſi meſtier eſt, ſelon la qualité & malice des parties.

FAcilis eſt huius articuli explicatio. nam duobus duntaxat modis reſtitutionis auxilium impetramus. Aut enim via ſupplicationis, quam propoſitionem erroris vocamus, nobis conſulimus, cum in facti cognitione ſupremũ illud tribunal aberraſſe dicimus, nõ autem in iuris quæſtione aut cognitione: & tunc (vt infrà dicetur) ſumma ducentarum quadraginta librarum obſignanda eſt. Aliud & ſecũdum remedium eſt, quod via ſupplicationis aut libelli ciui-

lis nobis prouidemus: vt puta cum dolo partis, cum falſis allegationibus, falſis inſtrumentis circunuentam fuiſſe religionem iudicantis aſſerimus. nam tunc alio remedio promptiori quàm illius ſupplicationis ciuilis conſulere non licet ad infringendam rei illius iudicatæ auctoritatem. quippe cum in hoc remedio non iudex, ſed qui collitigat, accuſetur, & dolus illius nectatur, plectatur, & deprehendatur. Sed quemadmodum dolus illius qui iudicantem circunuenit, ſeuerè admodum puniendus eſt ita, & temeritas illius & calumnia qui quidem temere ad huiuſcemodi doli allegationem prorumpit, coercenda fuit & mulctæ magnitudine, & æſtimatione. quòd ſanè ea ratione conſtitutum & comparatum eſt, vt frenis quibuſdam immoderata illa litigantium proteruitas & procacia coerceatur.

ARTICVLVS CXXVIII.

De iuger *an bene vel male*, & ne moderer les amendes.

En toutes appellations ſera iugé an bene vel male, *ſans mettre les appellations au neant,*

ne moderer les amendes du fol appel: ſinon en nos cours ſouueraines, ſi pour tres-grande & vrgente cauſe ils voyent que ainſi ſe deuſt faire, dont nous chargeons leurs honneurs & conſciences.

INferioribus tribunalis ad appellationis cauſas decidendas duo duntaxat extrema licent, videlicet iudicandũ eſſe an bene, an perperam iudicatũ ſit. nam reuera appellationis remedium (quod ad reformationem rerum iudicatarum pertinet) hunc ſanè effectum includit, vt aut bene aut male iudicatũ dicamus: & ſi temere appellatum eſſe reperimus, tunc iudex mulcta ordinaria temere appellantem mulctabit. Supremis autem illis tribunalis plurima ſanè licent quæ non licent inferioribus iudicibus, ob eximiam illam iudicum excellentiam, & ſacroſanctam auctoritatem: vtputa mulctam illam remittere, & remedio illo prouidere ac conſulere: appellationem ipſam annullando duntaxat, & rem iudicatam confirmando.

Digitized by Google

ARTICVLVS CXXIX.

Preſidens ne conſeillers ne partiront ſans congé du Roy.

Nous defendons à tous preſidens & conſeillers, & autres officiers de nos cours ſouueraines, que durant la ſeance du parlemẽt ils ne puiſſent deſemparer ne ſoy abſenter de noſdites cours ſans expreſſe licence & permiſſion de nous. Et s'il y a cauſe, ils nous en pourront aduertir, pour en ordonner comme verrons eſtre à faire : ſinon que pour grande & vrgente cauſe il ſe peuſt autrement faire, dont nous chargeons l'honneur & conſcience de noſdites cours ſouueraines.

SIcut militibus ordinem ſuum iniuſſu ducis aut imperatoris deſerere non licet, ita nec ſenatoribus inconſulto principe à ſancto illo tribunali diſcedere, ob aſſiduam operam & diligentiam quæ quidem deſideratur. Itaque ita moribus noſtris receptum eſt, vt non niſi reſcripto principis præuio, aut cõmeatu ab illo legitimè conceſſo, diſcedere liceat, niſi forte modica aut leuis ſit abſentia, ita vt nec princeps conſoluendus ſit.

Digitized by Google

ARTICVLVS CXXX.

Mercuriales ſeront tenuës de mois en mois, & portées au Roy de trois mois en trois mois.

Nous ordonnons que les mercuriales ſe tiendrōt de mois en mois ſans y faire faute : & que par icelles ſoient plainement & entierement deduites les fautes des officiers de noſdites cours, de quelque ordre ou qualité qu'ils ſoient: ſur leſquelles ſera incontinent mis ordre par noſdites cours, & ſans aucune retardation ou delay : dont nous voulons eſtre aduertis, & leſdites mercuriales & ordre miſe ſur icelles, nous eſtre enuoyées de trois mois en trois mois: dont nous chargeons noſtre procureur general d'en faire la diligence.

IN priſca illa Romanorum republica cenſores & cenſorum officium maximæ auctoritatis erant, cum vniuſcuiuſque ordinis delicta cenſerent aut recenſerent, ſiue equeſtris ſiue ſenatorius eſſet ordo : quod quidem cenſorum officium obſoleuit, & omnia ſummi illius procuratoris fiſci officio relicta ſunt.

Itaque cum hominum imbecillitas aut infirmitas nonnunquam emendationis aut reprehenſionis remedio & fræno ſubleuanda ſit, huiuſcemodi dies quos vocant Mercuriales, inuenti ſunt, quibus vniuſcuiuſque error ſi quis eſſet, recenſeretur: & ne in poſterum quid tale committeretur, mutua quadam admonitione & exhortatione conſuleretur.

ARTICVLVS CXXXI.

Diſpoſitions de donateurs ou teſtateurs en faueur de leurs adminiſtrateurs, declarées nulles.

Nous declarons toutes diſpoſitions d'entre vifs ou teſtamentaires, qui ſeront cy-apres faictes par les donateurs ou teſtateurs au profit de leurs tuteurs, curateurs, gardiens, bailliſtres, & autres leurs adminiſtrateurs, eſtre nulles, & de nul effect & valeur.

HOc ſanè caput ſtatuti ex iuris fontibus depromptum & hauſtũ eſt, nec intra practicæ limites & cancellos conſiſtit, cùm planè iuris ſit, & ex mente legum moderandum. Donare itaque ex

diſpoſitione iuris impubes tutori non poteſt, pubes curatori nequaquam. Ratio quippe in eo euidens eſt ex regula iuris ciuilis, in rem ſuam tutorem auctorem minori eſſe non poſſe, nec in rem ſuam auctoritatem accommodare: & ſi quid ſit quod pupillus aut minor agendo, tutorem aut curatorem ſuum liberaturus ſit, id ipſo tutore auctore agi rectè non poteſt, ex rationibus ſuprà deductis. Eadem in prodigo, & in eo cui bonis interdictum eſt, recipiemus, cum idem ex mente legis priuilegium quod in perſona minoris ſit, & eadem ratio illius habeatur. In furioſo nequaquam laborandum eſt: nam certum eſt dormienti comparari, nec quicquam gerere poſſe, aut teſtamentaria vel inter viuos donatione transferre: cum in his omnibus integritas mentis (quæ quidē furioſo deeſt) deſideretur. In teſtamentaria quidem donatione reſpectu minoris & prodigi aliquid ſubdifficile viſum eſt. nam licèt minor donare inter viuos non poſſit, tamen ſi maior quatuordecim annis ſit, teſtamenti factio illi conceſſa eſt ex diſpoſitione legis. Donare itaque teſtamento vſque ad eam ſum-

mam quæ lege præſc ripta eſt, licet, non vltrà: & ita cautum eſt & receptum moribus noſtris, & legum ſententia. Propterea donationem facere teſtamento tutoribus aut curatoribus minoribus licere videbatur, cum iudicium illum ſupremum voluntatis minoris non niſi à morte illius conualeſceret: quo quidem tempore cum in ſacris aut poteſtate tutoris amplius non erat, ex ratione legis donare poterat. Attamen ego hanc rationem legis eſſe cenſuerim, quòd non ſolum conſilium & opera curatoris vel tutoris tueri debet patrimonium, ſed etiam corpus & ſalutem minoris: propterea ne quid ſpe lucelli aut quæſtus in minores ſecus moliantur, & minus officioſi ſint in ſalute illius conſeruanda quàm par ſit, ita decretum eſt, vt ne teſtamento quidem donare liceret curatoribus aut tutoribus. Nam hac ratione coerciti tutores & curatores, & ab omni ſpe quæſtus remoti, omni cura, omni diligentia in rebus minoris conſeruandis incumbent: cum alioqui ex morte illius aliquid lucri ſperantes negligentiores ſanè aut minus officioſi eſſent futuri. *Gardes, Bailliſtres, & autres leurs adminiſtrateurs.*

niſtrateurs. Licet non tanta ſit auctoritas, vis aut poteſtas eorum quos gardianos aut bailliſtras vocant, quàm tutorũ aut curatorum, nec prohibitio legis ipſa eos comprehendere videatur: attamen quoniam ſigna eadem poteſtatis gerũt, & curam & rerum & perſonæ minorum habere videntur, ex natura eadem & pari ratione ita conſtitutum eſt, vt eiſdem legibus quibus & cæteri conſtringantur. Hæc autem omnia quæ ad teſtamẽti factionem ſpectant, ad præteritas & præcedentes huiuſcemodi caput ſtatuti donationes non pertinent, ſed futuris duntaxat negocijs formam præſcribunt.

ARTICVLVS CXXXII.

Donations ſeront inſinuées & enregiſtrées.

Nous voulons que toutes donations qui ſeront faictes cy-apres par & entre nos ſubiects, ſoient inſinuées & enregiſtrées en nos cours & iuriſdictions ordinaires des parties & des choſes données, autrement ſeront reputées nulles: & ne commenceront à auoir leur effect que du iour de ladicte inſinuation, & ce quãt

Digitized by Google

aux donations faictes en la preſence des donataires, & par eux acceptées.

MOribus noſtris perſpicuum eſt hanc inſinuandę donationis formam ante huiuſce conſtitutionis tempora apud nos non inualuiſſe, licet in donationibus quæ quingentorum ſolidorum ſeu aureorum ſummam excederent, generaliter ex diſpoſitione iuris requiſita & neceſſaria inſinuatio eſſet ad rectam & perfectam donationem cõſtituendam. Sed quoniam hac conſtitutione noſtra inſinuandæ donationis mos inſtitutus eſt, & neceſſaria illa ad donationem conſtituendam & perficiendam vt præuia inſinuatio viſa eſt: tria hoc loco deducere conabimur, quę neceſſaria ad huiuſce loci explicationẽ videntur. Primùm, quid ſit inſinuatio. Secundò, quanam ratione confici debeat inſinuatio. Tertiò, quibus in formis inſinuationis effectus neceſſarius non ſit. Sed rationem quæ anſam dederit huic conſtitutioni ferendæ, præmittemus. Nemini non liquere exiſtimo, rationem condendi huiuſce ſtatuti fuiſſe, vt fraudibus & technis hominum

Digitized by Google

occurretur, qui clandeſtinis donationibus & plerunque falſis ita omnia patrimonia perturbabant, vt bonæ fidei emptorem & rebus & bonis venditis exuerent. Rem ſanè miſeram & execrãdam. Propterea ne via huiuſcemodi fraudibus pateret, inſinuationis remedio eſt conſultum: qua quidem clandeſtina illa donationis ſeries detegitur. nam cuiuis diligenti patrifamilias patere huiuſcemodi donationes poſsũt, quum apud acta omnes donationes, vt validæ ſint, reperiri debeant: nec quenquam diligentius perſcrutantem latere poſſunt. Quid ſit inſinuatio, primùm videamus. Et ſanè ex mente & conſtitutione legis ita diffinire licet, inſinuare verè eſſe inſtrumentùm ſuper donatione confectũ ad iudicem deferre, & ei intimare, quod vocant, etiam poſt contractum perfectum. tunc enim iudicis partes ſunt ita oblatum contractum recipere & videre, & in acta iubere referri inſtrumenti ſubſtantiam & contextum, nécnon diẽ inſinuationis apponere, & parti hoc requirenti iubere acta (quod vocant) aut inſtrumentum huiuſce inſinuationis dari, ita tamen, vt nulla alia decreti in-

terpoſitione, nulla alia quæſtione ſit opus aut informatione, ſed forma ſupradicta ſufficiat. Secundò inſinuatio ipſa iuris ratione fieri in hunc modum debet, vt & donãs & donatarius adſint, quicquid ſit, eorum procuratores ad eum effectum ſpecialiter conſtituti. nã aliter donatio ipſa valida eſſe non poteſt, niſi donans ipſe & donatarius inſinuent, aut procuratores eorum perſonam gerentes, inſtrumentum donationis, & id coram iudicibus perſonarum & rerum, ad inſtar emancipationis. Nec huic formæ ſubſtãtiali derogari poteſt confeſſione ſola partium, cùm omnis defectus actum ipſum ipſo iure nullum & irritum reddat. & ita apud nos obſeruandum plurimi cenſuere. quicquid ſit, plurimorum ſententiam in eam partem diſcedere video. nam cùm donatio ipſa non niſi mutuo conſenſu partium fieri poſſit quo ad perfectam illius formam, in inſinuatione neceſſariò idem ſtatuẽdum videbatur, cum & formam & perfectam ſubſtantiam donationis neceſſaria ſit, nec aliter niſi inſinuatione perfectam formam induere poſſit. Tamen ita ego concluſum arreſto accepi, præſen-

Digitized by Google

tiam donantis non deſiderari, ſed ſuffi-
cere inſtrumentum ipſum in acta referri, in quo & mens & voluntas donantis exprimitur. Tertiò in omnibus formis donationes inſinuandæ non ſunt. nam in immobilibus duntaxat inſinuatio requiſita eſt, in mobilibus nequaquam. Porrò in ſponſalitia largitate huiuſcemodi inſinuatio non requiritur: & ita non diffinitiuo iudicio, ſed interlocutorio iudicatum eſt contra hæredes defunctæ viduæ Debriconnet iuxta legis mentem & rationem, quæ ſpeciale quid in huiuſcemodi donatione aut ſponſalitia largitate excogitaſſe videtur. Idē dicemus in donatione ob cauſam & in remunerationem, cum donans ad remunerationem tenebatur. nec aliter id aſſerimus. In donatione vſusfructus, qui quidem incertus eſt, idē ſtatuetur. In donatione mortis idem non egere inſinuatione aſſeremus. Fuit autē quæſtionis, an in locis quibus pignoris realis prehenſio fit, quaſi pugno res capiatur (quod vocant nantiſſamentum) inſinuatio neceſſaria ſit, cum hiſdem penè ſolennitatibus circunſcribatur. Nam & deueſtitura & inueſtitura (quod aiunt)

Digitized by Google

apud acta requiruntur ex parte donantis & acceptantis, ita vt ratio detegendæ fraudis eadem ſubeſſe videatur in huiuſcemodi pigneratione, quàm in inſinuatione. Ego tamen cenſuerim non ſufficere, cum in inſinuatione duo requirantur: primum, quòd in loco domicilij inſinuatio fiat: ſecundò in loco vbi res ſitæ ſunt. & ſic duo tribunalia huiuſcemodi formam amplectuntur & deſiderant: licet ſecus ſit in huiuſcemodi pigneratione. Hoc itaque caput conſtitutionis duntaxat præſcripſit formã quæ quidem obſeruari conſueuit in donationibus in præſentes collatis, non autem in abſentes.

ARTICVLVS CXXXIII.

Donation faicte en abſence du donataire n'aura lieu, ſinon du iour qu'elle ſera inſinuée & acceptée.

Et quant à celles qui ſeroient faictes en l'abſence deſdits donataires, les notaires & ſtipulãs pour eux, elles commenceront leur effect du temps qu'elles auront eſté acceptées par leſdits donataires, en la preſence des donateurs

Digitized by Google

& des notaires, & inſinuées comme deſſus: autrement elles ſeront reputées nulles, encores que par les lettres & inſtrumens d'icelles y euſt clauſe de retention d'vſufruict ou conſtitution de precaire, dont ne s'enſuiura aucun effect, ſinon depuis que leſdites acceptations ou inſinuations auront eſté faictes comme deſſus.

IN donationibus quæ in præſentes conferebãtur, regulam ſupradictam vidimus. ſupereſt videndum in donationibus quæ in abſentes conferuntur, quo iure vtendum ſit. Itaque hoc primum in donatione abſenti facta deſideratur, vt donatio per abſentem non ſolum coram notariis acceptetur, ſed etiã in præſentia donantis, qui quidem re integra donationem ipſam reuocare poteſt: alioqui ſi alterutrũ ex his deficiat, vel in minimo peccetur, certum eſt donationis effectum protinus euaneſcere. namque fuit vetus quæſtio, an donatio abſenti facta notariis ſtipulantibus, reuocari ante acceptationem factam per donatarium poſſet: multis in eam partẽ inclinantibus, huiuſcemodi donationem reuocabilem eſſe: aliis contrà non

Digitized by Google

eſſe integram donationem: & ita demũ extinguendam aut reſoluendam, ſi donatarius acceptare nollet: à donante autem reuocari non poſſe. & id multis arreſtis exagitatum. Nũc autem nodus hic planè per præſentem articulum diſſolutus eſt, nam expreſſa acceptatione opus eſt in præſentia donantis & notariorum: alioqui futilis & nulla eſt prorſus donatio, nec clauſula illa retentionis vſusfructus (quæ iure commentitio poſſeſſionem transfert) quicquam momenti aut ponderis in huiuſcemodi donatione habere poteſt. nam niſi acceptatio illa præeat & præcedat, cætera omnia vt acceſſoria euaneſcunt. Idem dicemus in conſtitutione precarij, quæ quidem, niſi titulus legitimus præcedat, poſſeſſionem transferre non poteſt. Titulus autem legitimus eſſe non poteſt huiuſcemodi donatio non acceptata, cum à lege ante acceptationem vt imperfecta improbata ſit, & vt nulla & nullius effectus declarata.

Digitized by Google

ARTICVLVS CXXXIV.

Apres trente-cinq ans on ne pourra plus pourſuyuir la caſſation de contracts ſoubs vmbre de minorité, &c.

Nous voulans oſter aucunes difficultez & diuerſitez d'opinions, qui ſe ſont trouuées par cy-deuant ſur le temps que ſe peuuent faire caſſer les contracts faicts par les mineurs: ordõnons qu'apres l'aage de trente-cinq ans parfaict & accomply, ne ſe pourra pour le regard du priuilege ou faueur de minorité, plus deduire ne pourſuiuir la caſſation deſdicts contracts, en demandant ou en defendant par lettres de relieuement, ou reſtitution, ou autrement, ſoit par voye de nullité pour alienation des biens immeubles faicte ſans decret, ne auctorité de iuſtice, leſion, deception, ou circonuention, ſinon ainſi qu'en ſemblables contracts ſeroit permis aux maieurs d'en faire pourſuitte par relieuement ou autre voye permiſe de droict.

VEtus fuit quæſtio, quibúſnam in formis, & intra quæ tempora minores maiores effecti in integrũ reſtitui

poſſent. Et variæ ſanè & multiplices ſẽtentiæ & opiniones fuerunt. nonnulli enim in certis rebus aut contractibus beneficium triginta annorum etiam à die maioris ætatis largiebantur: alij verò decem tantùm: alij quinque in contractibus oneroſis: & ſic omnia in incerto, & effuſa caligine, nulla certa norma, nulla regula dirigebantur, ſed variis iudiciis, variis ſententiis & opinionibus diſtrahebantur: quæ quidem omnia ob illam opinionum diuerſitatem certis regulis concilianda eſſe duximus, vt dignoſci poſſit qua mente & qua æquitate hoc caput ſtatuti editum ſit. Itaque aut minor contractum contra quem reſtitui poſtulabat, nullum eſſe aiebat, & ſolo ſolennitatis defectu nitebatur, nulla alia propoſita ratione: aut reſtitutionis vmbra aut colore: qua in ſpecie triginta annorũ ſpatium dabatur ex nonnullorum ſententia, qui quidem regulam hanc generalem præſcribebant, in omni nullitatis cauſa triginta annorum ſpatium dari etiam maioribus qui nullum contractum aſſererent & probarẽt. Attamen cum ſola nullitatis ſpecies allegabatur, ex plurimorum ſententia &

nonnullis arreſtis ſolum quinque annorum ſpatium aut decem ſaltem dabatur. Alia verò ſpecies erat, cum & nullitas & læſio ſimul proponebantur & allegabantur à minore, & his capitibus coniunctis reſtitutionem ſibi poſtulabat. tunc enim communi omnium ſententia triginta annorum ſpatium, ſi hæc duo ſimul coniuncta reperirentur, paſſim indulgebatur: quod æquum ſanè videbatur: licet in donatione quæ à liberalitate duntaxat minoris proficiſcitur, decem tantùm annorum ſpatium concederetur. Poſtrema verò & nouiſſima ſpecies erat cum duntaxat ex capite læſionis reſtitutio petebatur. tunc enim intra quadriennium reſtitutio petenda erat ex ratione & deciſione legis, quæ quidem tempus petendæ in integrum reſtitutionis præſcripſit: & ſic vſque ad viginti nouem annos duntaxat. His itaque formis omnes reſtitutionū ſpecies concludebātur: nec alia via minores in integrum reſtitui poſtulabāt. Sed cum, vt ſuprà diximus, tot & tam varijs ac diuerſis opinionibus huiuſcemodi quæſtionum ſpecies diſtraherentur, meritò hoc capite ſtatuti conſultū

eſt, vt à die maioris ætatis duntaxat decem annorum ſpatium ad reſtitutionẽ petendam concedatur, ſiue via nullitatis, ſiue via lęſionis, ſiue alio quouis prętextu ſibi conſultum velit, aut reſtitutionem in integrum petere. *Sinon ainſi qu'en ſemblables contracts ſeroit permis aux maieurs, &c.* Sunt certe ſpecies in quibus etiam maioribus poſt decem annorum ſpatia in integrum reſtitutionis auxiliũ præſtatur: puta ſi aduerſarius dolo malo inſtrumenta celauerit, per quæ in integrum reſtitutionis auxilium peti poterat, & ita omnem cognitionẽ aduerſario præciderit aut præcluſerit reſtitutionis petendæ. tunc enim à die tantũ cognitionis & ſcientiæ tempora illa decennalis præſcriptionis currunt & labuntur, cum ignorantia illa ex dolo malo & mala fide aduerſarij naſcatur, & per eum fiat quo minus rectè cognoſcere aut perſpicere potuerit promptum ſibi remedium in integrum reſtitutionis. & propterea in hac ſpecie à die ſcientiæ tantùm tempus illud labitur. Aliud addemus, puta ſi abſens ſit maior reipublicæ gratia. tunc enim legitima illa tẽpora abſentiæ etiam ſubducuntur, nec

decennium ipſum contra abſentem ex iuſta cauſa, labetur. Ad hæc ſi decretum nullum eſſe dicatur, & propterea à decreti interpoſitione, vt nulla, maior appellet: tūc etiam triginta annorum ſpatium dabitur ad appellationem hanc proſequendam. Nam nullitatis effectus hūc fauorem amplectitur, vt etiam triginta annos viuat, nec minori ſpatio extinguatur. Nec alios omittemus contractus qui quidem nullo tempore conualeſcunt, vt ſunt vſurarij contractus, lege diuina & humana prohibiti: necnō in contractus qui contra bonos mores ſunt, qui turpitudinem continent, pietatem exiſtimationem & verecundiam lædunt. Hi porrò contractus, quibus dolus ipſe initium, & anſam & cauſam dedit. nam iniquum eſſet huiuſcemodi improbos contractus ſpatio illo decennali contra bonos mores confirmari. Secus eſſe dicemus ſi dolus ſolùm inciderit: quod fit cum per conſequentiam incidit, & non principaliter, nec eſt prima & originalis cauſa contractus. His itaque formis & ſpeciebus eadem priuilegia minori maiori effecto, quæ quidē maiori, dabuntur, & etiam à maiori eta-

te idem priuilegium illi reſtitutionis petendæ dabimus.

ARTICVLVS CXXXV.

Auant que receuoir erreurs, ſeront veuz les faicts & inuentaires des productions.

Que auparauant que receuoir les articles d'erreur par nos amez & feaulx les maiſtres des requeſtes de noſtre hoſtel, ils verrōt les faicts auec les inuentaires des productions des parties.

CVm (vt ſuprà deductum eſt) duo duntaxat remedia ſint propoſita, quibus arreſtorum aut rerum iudicatarum auctoritas reſcindi vel euerti poſſit, puta ſupplicationis quam propoſitionem erroris vocant, aut requeſtæ ciuilis: tamen temerè ad ea proſiliendum non eſſe viſum eſt: & propterea cum error proponitur, & iudices ipſi in facti intelligentia circunuenti dicuntur, tunc primùm edendi ſunt errores in quibus erratum aſſerunt errorem proponētes. deinde coram magiſtris libellorum, aut his qui à libellis regijs eſſe dicuntur, hu-

Digitized by Google

iuſcemodi errores proponuntur, vt ſuper veritate illorum cognoſcant. Et quoniam in facti ipſius quæſtione circunueniri poſſent, cum facti ignorantia plerunque prudentiſſimos fallat, ideo ne inconſultè huiuſcemodi errorum allegationem recipiant aut admittant, æquiſſimè ſanè & perſpicaciſſimè admodum hoc ſtatuto cõſultum eſt, ne priùs errores recipiantur aut admittantur, quàm magiſtratus illi à libellis omnia facta & inſtrumentorum editiones & productiones hinc inde factas acutiſſimè & diligentiſſimè perſpexerint.

ARTICVLVS CXXXVI.

Propoſans erreurs conſigneront douze vingts liures pariſis, & les deux ans de propoſer reduicts à vn.

Que ceux qui voudront propoſer erreur, ſeront tenus de conſigner la ſomme de douze vingts liures pariſis : & au lieu de deux ans qu'ils auoient par les anciennes ordonnances, auront ſeulement vn an pour ſatisfaire à ce qu'ils eſtoient tenus fournir, & ſatisfaire

Digitized by Google

dedans les deux ans ordonnez par leſdictes ordonnances.

HIc articulus veteris ordinis iudiciorum vitium & morem aliqua ratione reformat: vtputa conſignandã eſſe ampliorem ſummam quàm antea conſignari conſueuerit: & bimum illud ſpatium quod antiquis ſtatutis concedebatur, anni vnius ſpatio concludendum. Sed reuera dixerim hoc caput ſtatuti ſicut nec antiquam formam vlla ratione obſeruari. nam certum eſt non ſolùm litigantium negligentia aut contumacia lites in infinitum extendi & porrigi, ſed etiam per occupationes iudicũ id maximè accidere, quòd multis negocijs obruti, ocium aut liberam reſpirandi facultatem impetrare non poſſunt. Cùm autem non dolo, non negligentia aut contumacia litigantium, ſed iudicũ occupationibus res ipſa vltra biennium diffunditur, aut annum à lege præſcriptum, certum eſt tempus ipſum non labi, nec poſſe dici litigantes excludi anno, cum per eos non ſtet quo minus id fiat, & ita culpa omni vacent.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS CXXXVII.

Pour iuger propoſition d'erreur, ne ſeront plus les chambres aſſemblées.

Que pour vuider leſdictes inſtances de propoſition d'erreur, ne ſera beſoing aſſembler les chambres ainſi qu'il eſt contenu par leſdites anciennes ordonnances: mais ſeront iugées leſdites propoſitions d'erreur en telle chambre de noſdites cours, & en telle compagnie & nõbre de iuges qu'il ſera ſur ce aduiſé & arbitré par noſdites cours, ſelon la grandeur & qualité des matieres.

QVoniam ſtatutum ipſum breuitati conſuluiſſe videtur, & amputandis litium immẽſis anfractibus, idcirco æquum eſſe viſum eſt, vt facilior decidẽdorum huiuſcemodi errorum quam hactenus ratio eſſet, hoc ſtatuti capite conſulere, vt breuiſſimo tempore errores deciderentur: puta intra annum. nã antiquis moribus errorum cauſa non niſi in vniuerſa corona & ſedente ampliſſimo ſenatu decidebatur: quod ſanè magni & ingentis laboris erat: & pro-

Digitized by Google

pterea ita conſultum eſt, vt certo numero iudicum hi errores decidi poſſint, non autem in ſenatus vniuerſo conſeſſu.

ARTICVLVS CXXXVIII.

Cinq ans pour faire iuger erreurs.

Et ſeront tenuës les parties de les faire iuger dedans cinq ans, autrement n'y ſeront plus receues.

EAndem interpretationem quam ſuperioribus articulis addemus. nã tempora ita demum labuntur, ſi ſtet per litigantem quo minus ſuo loco & tempore lis ipſa decidi potuerit. ſi autem per iudices ſtet, nequaquam labentur.

ARTICVLVS CXXXIX.

De vaquer diligemment à l'expedition des procés criminels.

Nous enioignons à tous nos iuges qu'ils ayent à diligemment vacquer à l'expedition des procés & matieres criminelles preallablemẽt & auant toutes autres choſes, ſur peine de

Digitized by Google

ſuſpenſion & priuation de leurs offices, & autres amendes arbitraires où ils feront le contraire, dont nous chargeons l'honneur & conſcience de noſdites cours ſouueraines.

FAuorabilem reorũ cauſam eſſe certum eſt qui in vinculis cauſam dicunt. Memores enim vinctorum nos eſſe oportere noui teſtamenti pagina ait. Propterea nihil eſt quo magis diuinã iram placare poſſimus, quàm humanæ ſortis memores, & nocentes reos damnare, & innocentes abſoluere: ne fortaſſe innocentes ſordidati & ſquallidi in curia iudicũ in latebris & latumiis miſerè diliteſcant & pereant: contrà nocentes nullo exemplo in latumiis & cuſtodia intereant, cum pœnę ipſæ exẽpli gratia maximè inuentæ ſint. Nam duobus his reſpublica, vt inquit Solon, conſtat pœna & præmio.

ARTICVLVS CXL.

Chambres criminelles expedieront les priſonniers & criminels les premiers.

Auſquelles ſemblablement nous enioignons de proceder aux chambres criminelles à l'expedition des priſonniers & criminels, ſans ce qu'ils puiſſent vaquer au iugement d'aucuns autres procés où il ſoit queſtion d'intereſt ciuil, ores qu'ils dependiſſent de criminalité, iuſques à ce que tous les priſonniers & criminels ayent eſté depeſchez.

EO tendit hic quò ſuperior articulus, vt criminales cauſæ & capitales ciuilibus negociis præferantur, & cuſtodiarum cauſam ſtatim audiendam, vt lex ait, & dominus præcipit. Capitis enim cauſa ſanè dignior & fauorabilior quàm bonorum eſt, cum non bona, vt inquit Thucydides, homines ipſos gignant & procreent, ſed ab hominibus bona ipſa proferantur, augeſcant, & diuino numine incrementum accipiant.

ARTICVLVS CXLI.

Recit des erreurs que ſouloient commettre les iuges en la confection des procés.

Et pource que pluſieurs iuges ſubalternes tant des noſtres que autres, ont par cy-deuant com-

Digitized by Google

mis pluſieurs fautes & erreurs en la confection des procés criminels, qui ont eſté cauſe que nos cours ſouueraines ont pluſieurs fois donné arreſts interlocutoires pour la reparation deſdites fautes, dont s'eſt enſuyuie grãde retardation de l'expedition deſdits procés, & punition des crimes.

ARTICVLVS CXLII.

Amendes contre leſdits iuges qui auront notablement failly en procés criminels.

Que les iuges qui ſeront trouuez auoir faict faultes notables en l'expedition deſdits proces criminels, ſeront condemnez en groſſes amẽdes enuers nous pour la premiere fois, & pour la ſeconde ſeront ſuſpendus de leurs offices pour vn an, & pour la troiſieſme priuez de leurſdits offices, & declarez inhabilles de tenir offices royaulx.

ARTICVLVS CXLIII.

Dommages & intereſts aux parties au cas deſſuſdit.

Et neantmoins ſeront condemnez en tous les dommages & intereſts des parties, qui ſerõt

taxez & moderez comme deſſus, ſelon la qualité des matieres.

PLerunque iudicũ imperitia & reorum & accuſatorum iura ita permiſcet, ita perturbat, ita confundit, vt dignoſci non poſſint. Itaque cum ſummũ illud tribunal hanc imperitiam, hos imprudentes iudicum lapſus perſpicit, meritò coercet. Nam ex hoc errore id naſcitur mali, vt reus nocens plerunque elabatur, & innocens nonnunquam cõdemnetur: & id peſſimo exẽplo: & propterea & erga fiſcum & erga partes litigantes condemnandi ſunt.

ARTICVLVS CXLIV.

Les iuges ou leurs lieutenans feront eux meſmes les procés criminels.

Et afin que leſdits iuges ſubalternes ne tombent cy-apres en ſi grandes faultes, nous voulons que tous procés criminels ſe faſſent par les iuges ou leurs lieutenans & aſſeſſeurs, & non par nos procureurs & aduocats les greffiers ou leurs clercs ou leurs commis, tant aux interrogatoires, recollemens, confrontations, ou

Digitized by Google

autres actes & endroits deſdits proces criminels, & ce ſur peine de ſuſpenſion de leurs offices & de priuation d'iceux, ou plus grande peine & amende s'ils eſtoient couſtumiers de ce faire.

ÆQuitatis miræ hic eſt articulus. nam iudices antiquo quodam errore cauſarum aut litium confectionem ſuis ſcribis relinquebant: vt ſi quid minus rectè geſtũ eſſet, in eos culpam deriuarent. ſed hoc capite ſtatuti ita conſultum eſt, vt iudices ipſi litem inſtruãt & digerant. Cum hic dico; inſtruant, nõ intelligo vt ipſi deſcribant, ſed vt eis dictantibus ſcribæ excipiant, ita tamen, vt contextus ipſe litis, & exordiendæ illius ratio à iudice ipſo & eius fonte proficiſcatur ac emanet, non autem à ſcribę ſolius officina, qui quidem dum ſe iudice ſagaciorem exiſtimat, plerunque imprudentiſſimè labitur.

ARTICVLVS CXLV.

De promptement informer & conclure par le procureur du Roy ſans luy bailler ſalaire, pour apres de par le iuge decerner les prouiſions de iuſtice.

Et ſi toſt que la plaincte deſdicts crimes, excés & maleſices aura eſté faicte, ou qu'ils en auront autrement eſté aduertis, ils en informeront ou feront informer bien & diligemment, pour incontinent apres l'information faicte & communiquée à noſtredit procureur, & veuës ſes concluſions, qu'il ſera promptement tenu mettre au bas deſdites informations, & ſans aucun ſalaire en prendre, eſtre decernée par le iuge telle prouiſion de iuſtice qu'il verra eſtre à faire ſelon l'exigence du cás.

DE criminibus diligens quæſtio habenda eſt; decet enim bonos & graues iudices curare vt pacata ſit prouincia, & huiuſcemodi hominum impiorum fece expiata. At hoc intelligere debemus, quòd licet ex ratione & deci-

ſione iuris quatuor modis perſecutio criminum fiat, per accuſationem, exceptionem, per denunciationem, & inquiſitionem, tamen duobus tantùm modis apud nos & moribus noſtris quæſtio illa de publicis criminibus habetur. Aut enim accuſantis partis inſtigatione, aut iudicis officio, nullo vtpote accuſatore promouente aut inſtigante, de publicis criminibus quæſtio habetur, quæ incõtinenti & eueſtigio procuratori fiſci cõmunicanda eſt, vt ſuper his concludat vt æquum eſſe videbit, ex cauſæ ipſius & criminis qualitate. Intelligemus itaque quæſtione diligenti habita non ſolùm eos in ius vocandos qui quidem laici ſunt & ſubiecti iudici laico, ſed etiã clericos & eccleſiaſticas perſonas. Nam ſi declinare velint, in iudicio ſiſtere debẽt, vt in vinculis aut in eo ſtatu in quo eſſe conſtringuntur, coram iudice eccleſiaſtico dimittantur & reddantur. Sed quãtum ſpectat ad decretum, ſemper efficax eſt & erit: quemadmodum & in his qui iuriſdictioni iudicis ratione domicilij ſubiecti non ſunt, neceſſario in iudicio ſiſtendum eſt, & dimiſſio coram iudicibus ſuis petenda. nam ratio-

ne delicti recte eſſe decretum ſemper dicemus, & in hoc authenticæ illius, Qua in prouincia, ratio apud nos & moribus noſtris obſeruatur.

ARTICVLVS CXLVI.

Interrogatoires ſeront diligemment faicts & repetez.

Seront incontinent leſdits delinquans, tãt ceux qui ſeront enfermez que les adiournez à comparoir en perſonne bien & diligemment interrogez, & leurs interrogatoires reïterez & repetez ſelon la forme de droict, & nos anciennes ordonnances, & ſelon la qualité des perſonnes, & des matieres pour trouuer la verité deſdits crimes, delicts & exces, par la bouche des accuſez ſi faire ſe peut.

REi diligentiſſimè interrogandi sũt ſuper capitibus & elogiis accuſationum ſuarum, vt quamcitiſſimè aut promptiſſimè fieri poterit veritas ipſa nocentiæ aut innocentiæ eluceſcat. nã plerunque ex confeſſione rei criminis ſeriem colligemus & eliciemus, cuius forte profeſſio totius criminis veritatẽ deteget. Licet enim alterius confeſſio

aliis nocere aut prodeſſe non poſſit,nec ſocius confeſſione ſua alterum confodere poſſit: tamen his nonnunquam indiciis ad veritatem ipſam peruenitur. Porrò ſunt quædam ſpecies & formæ in quibus etiam ſocius particeps criminis in ſocium admittitur, in crimine hæreſeos,in crimine ſimoniç,in crimine conſpirationis in principem, & læſæ maieſtatis. Addemus his quòd & ſi clericus & ſi preſbyter corã iudice laico in vinculis ſit, tamen ſi criminis alicuius priuilegiati accuſetur, coram iudice laico ſiſtere & reſpondere cogetur, ita tamẽ, vt poſtea ad iudicẽ eccleſiaſticum mittatur ad onus rei & criminis priuilegiati.& hoc iure vtimur: licet priſcis temporibus ſtatim dimittendum eſſe pronunciatum eſſet. Nam ſi confiteatur, ſtatim partes iudicis in eum erunt. ſi inficietur, ſuo marte res decurret, vt eſt ſuprà dictum.

ARTICVLVS CXLVII.

Que le procureur du Roy prendra incontinent ſes concluſions.

Digitized by Google

Et apres leſdits interrogatoires parfaits & parachevez & mis en forme, ſeront incontinẽt monſtrez & communiquez à noſtre procureur: qui ſera tenu les voir à toute diligence pour auec le conſeil de ſon aduocat y prendre les concluſions pertinentes.

CVm primùm reus rectè & ſuo ordine rogatus & interrogatus reſponderit, tunc vidẽdum erit an teſtes componendi ſint, an confeſſioni illius ſtandum ſit. Teſtes dico componendos, ſi capita accuſationum quibus accuſatur, non confiteatur, aut inficietur, & ideo teſtibus conuincendus ſit.

ARTICVLVS CXLVIII.

Confeſſion pertinente de l'accuſé ſera communiquée, pour ſi lon y prend droict, bailler concluſions & attenuations.

Et s'il trouue les confeſsions de l'accuſé eſtre ſuffiſantes, & que la qualité de la matiere ſoit telle qu'il puiſſe & doiue prendre droict par iceluy, il communiquera leſdites confeſsions à la partie priuée s'aucune y a, pour ſçauoir ſi elle veut ſemblablement prendre droict

Digitized by Google

par icelles. Pource faict bailler leſdites conclusions par eſcrit à leurs fins reſpectiuement, & icelles eſtre communiquées à l'accuſé, pour y reſpondre par forme de attenuation tant ſeulement.

SI fateatur reus, ęquum erit confeſſiones huiuſcemodi actori communicari, vt quod volet, libello petitionis ciuilis complectatur, & confeſſione ſua reũ concidat vt nocentem & confitentem. Fuit autem quæſtionis, an confeſſio ſola rei ſufficeret ad probationem criminis. Et ſanè ita viſum eſt, confeſſionem ſolam criminis non ſufficere ad concidendum reum, niſi aliis adminiculis cõfeſſio ipſa adiuuetur & corroboretur. Nonnunquam enim metu aut alia de cauſa in ſe rei confitentur: & ex epiſtola diuorum fratrum decretum eſt eum liberandum qui fuerat in ſe confeſſus, cuius poſt damnationem de innocentia conſtitiſſet. Hoc tamen intelligemus in his criminibus in quibus capitis & famę periculum maximum verſatur: in leuioribus ſecus, ſi repetitę confeſſiones ſint. Alius porrò nodus, an confeſſio facta per reum, reuocari poſſit. Et ſanè reuo-

cari poſſe certum eſt : nec vnquam ex ſimplici confeſſione, ſi reuocata fuerit, reus condemnabitur. quòd menti tenendum. *Pour reſpondre par attenuation.* Hoc intelligendum duobus modis eſt. nam ſtatus cauſæ plerunque iuridicialis eſt. reus enim ſe commiſiſſe id cuius accuſatur, fatetur, ſed iure feciſſe dicit: quo caſu iuridiciali illa depulſione crimen amòlitur. Alia porrò ſpecies eſt cũ quis æſtimationem pœnæ alia ratione lenit, vt pote factum eſt commiſſum à ſe interpretando, & crimen diluendo aut leniendo, vt etiam ſi pœna æſtimanda ſit, non tamen tanta.

ARTICVLVS CXLIX.

Si par la confeſſion lon ne prẽd droict, les teſmoings ſeront recolez & confrontez.

Et s'ils ou l'vn d'eux ne vouloit prendre droict par leſdictes confeſſions, ſera incontinent ordonné que les teſmoins ſeront amenez pour eſtre recolez & confrontez audit accuſé dedans le delay que ſur ce ſera ordonné par iuſtice, ſelon la diſtance des lieux, & qualité de la matiere & des parties.

Digitized by Google

HIc articulus ſanè contrario vſu obſoleuit. nam aut confeſſio ipſa reſponſioni rei & accuſati conformis eſt, aut non. Si conformis, quid aliud iudex ſtatuendum habet, cum reus ſit confitens, quàm vt ius reddat ſuper interrogatoriis & reſponſionibus, & ſuper lite vniuerſa? E contrario ſi confeſſio ipſa difformis ſit, tunc æquum eſt & neceſſariũ, ſi rei ipſius qualitas exigat, teſtes componi, & confrontari quod aiunt. iniquum enim eſſet, cum reus crimen confitetur, ex voluntate ſola accuſatoris, & id contra rationem, teſtes componi, inanibus litibus & ſumptibus partes & litigantes diuexando.

ARTICVLVS CL.

Limitation ſi on trouue la matiere diſpoſée à procés ordinaire.

Sinon que la matiere fuſt de ſi petite importance, que apres les parties oyes en iugement, lon deuſt ordonner qu'elles ſeroient receuës en procés ordinaire, & leur prefiger vn delay pour informer de leurs faicts, & cependant élargir l'accuſé à caution limitée ſelon la

Digitized by Google

qualité de l'exces & du delict, & à la charge de ſe rendre en l'eſtat au iour de la reception de l'enqueſte.

NOnnulla ſunt leuia crimina aut delicta quæ extra ordinem digerenda aut tractanda non ſunt: quicquid ſit, ſinuoſum illum anfractũ litis extraordinariæ non deſiderant ob rem modicam, & ob leuitatem criminis: & propterea ad curſum illum litis ordinariæ admittuntur litigantes, via illa extraordinaria abiecta quo ad præſens. Sed regula hæc generalis non eſt, vt nunquã in grauioribus aut atrocioribus delictis, ſed in leuioribus tantùm huiuſcemodi curſus litis ordinariæ dirigatur & recipiatur. nam etiam in atrocioribus delictis paritate probationum æquè præponderante ad rei accuſationem & defenſionem, certum eſt partes ad viam illam ordinarij iudicij admitti. Quemadmodum autem admittantur, intelligere maxime decet: vtpote ſi quis grauioris aut atrocioris criminis, puta homicidij, accuſetur, & pro ſuæ defenſionis firmamento, ſe quod fecerit, tuendi corporis gratia geſſiſſe dicat, aut ſi alio

loco

Digitized by Google

loco ſe fuiſſe proteſtetur: & ad huiuſcemodi probationem per teſtes faciendã admittatur: ſi quidem teſtibus huiuſcemodi defenſionem probet, prompta eſt via ordinarij proceſſus, ad quam decurritur. Ratio eſt, quoniam reus per ſuſpecta teſtimonia factum ſuũ probare potuit, quæ quidem actori non communicantur, & quorum editio illi non fit: & propterea curſus ordinarij proceſſus admittitur, ita tamen, vt ſi nouæ probationes emergant, ſemper ad extraordinarium illum litis curſum regredi liceat & decurrere ex regula generali in Gallia recepta.

ARTICVLVS CLI.

Vn ſeul delay pour amener & faire recoler & confronter teſmoings ou informer, ſinon, &c.

Et ſi dedãs le delay baillé pour amener teſmoings & les faire confronter, ou pour informer cõme deſſus n'auoit eſté ſatisfait & fourny par les parties reſpectiuement, ſera le proces iugé en l'eſtat qu'il ſera trouué apres ledit delay paſſé, & ſur les concluſions qui ſur ce ſeront

promptement prinſes & baillées par eſcrit de chacun coſté, & chacun à leurs fins, ſinon que pour grande & vrgente cauſe lon donnaſt autre ſecond delay pour faire ce que deſſus, apres lequel paſſé n'y pourront iamais retourner par relieuement ne autrement.

HIc articulus eà duntaxat ratione deſcriptus eſt, vt infinitæ illæ dilationes quibus antea vti ſoliti erant, amputentur. Ego tamen reuera dixerim id apud nos non ita ſummo & ſtricto iure obſeruari, quòd maximè fauendum ſit criminum & ſcelerum probationi & coerctioni. Nec ſanè in his regula vlla certa præſcribi poteſt, cum omnia à leſbia illa iudicis norma pendeant.

ARTICVLVS CLII.

De ne faire eſlargiſſement pendant confrontation.

Es matieres ſubiectes à confrontation, ne ſeront les accuſez eſlargis pendant les delais qui ſeront baillez pour faire ladicte confrontation.

RAtionem huiuſce articuli manifeſtam & perſpicuam vides. Nam ſi

Digitized by Google

pendente huiuſcemodi teſtium compoſitione reus extra vincula eſſet, teſtes ſubornare poſſet, & eos metu & minis aut auro à vera teſtimonij ferendi ratione deducere.

ARTICVLVS CLIII.

Forme de recoler & confronter teſmoings.

Quand les teſmoings comparoiſtront pour eſtre confrontez, ils ſerōt incontinent recollez par les iuges, & par ſerment en l'abſence de l'accuſé. Et ſur ce qu'ils perſiſteront, & qui ſera à la charge de l'accuſé, luy ſeront incontinent confrontez ſeparément & à part, & l'vn apres l'autre.

HIc forma repetendorum & componēdorum teſtium deſcribitur. nam bona pars iudicum in eo labuntur teſtes ſimul & ſemel componendo, contra formam iuris: qui quidem error aut fœdiſſimus lapſus arreſtis quam plurimis coercetur.

ARTICVLVS CLIV.

Forme de confrontation.

Digitized by Google

Et pour faire ladite confrontation, comparoiſtrōt tant l'accuſé que le teſmoing par deuant le iuge, lequel en la preſence l'vn de l'autre, leur fera faire ſerment de dire verité: & apres iceluy faict, & auparauant que lire la depoſition du teſmoing en la preſence de l'accuſé, luy ſera demandé s'il a aucunes reproches cōtre le teſmoing illec preſent, & enioinct de les dire promptement, que voulons qu'il ſoit tenu de faire, autrement n'y ſera iamais receu, dont il ſera bien expreſſemēt aduerty par le iuge.

ARTICVLVS CLV.

De propoſer reproches en confrontant.

Et s'il n'allegue aucuns reproches, & declare ne le vouloir faire, ſe voulant arreſter à la depoſition des teſmoings, ou demandant delay pour dire ou bailler par eſcrit ſeſdictes reproches, ou apres auoir mis par eſcrit ceux qu'il auroit promptement alleguez, ſera procedé à la lecture de la depoſitiō dudit teſmoing pour confrontation, apres laquelle ne ſera plus receu l'accuſé à dire ne alleguer aucunes reproches contre ledit teſmoing.

Digitized by Google

HIc articulus formam reprobationũ proponendarum amplectitur. Nã cum teſtes componuntur, tunc reprobationes ſtatim & in procinctu proponendæ ſunt: alioqui ex ſtricta illa ſtatuti regula nequaquam reus ad allegationem illam faciendam poſtea admittetur. Hoc tamen in loco admonuiſſe decebit, quòd nonnunquam reus ex interuallo modico dum in vinculis eſt admittitur ad reprobationes proponendas: cum eas noua quadam ratione ad ſcientiam ſuam perueniſſe teſtatur: & id ex æquo & bono fit. datur etiam nonnunquam dilatio modica reo, vt reprobationes proponat, vt teſtes refutet, cũ aut parũ meminerit, aut quaſi oblitus ſit, ad memoriam reuocandi dilationẽ ſibi poſtulat. nam fauendum eſt maximè reorum innocentiæ: cuius quidem excuſandæ nullam rationem habent præterquam huiuſcemodi reprobationum viam, aut factorum quæ iuſtificatiua appellantur allegationem. Aduertendum autem maximè eſt, quòd licet nonnunquam reus non allegauerit reprobationes pertinentes & admittendas, ſi tamen eas probarit teſtibus, qui

quidem fortaſſe teſtium mores & vitam pernoſcunt, tunc etiam huiuſcemodi reprobationum ratio maximè habetur in iudiciis ferendis.

ARTICVLVS CLVI.

Communication au procureur du Roy pour prendre ſes concluſions.

Les confrontations faictes & parfaictes, ſera incontinent le proces mis entre les mains de noſtre procureur, qui le viſitera bien & diligemment pour voir quelles concluſions il doit prendre, ſoient diffinitiues ou preparatoires, & les bailler promptement par eſcrit.

ARTICVLVS CLVII.

Comment ledit procureur du Roy doit conclure és proces criminels.

Et s'il trouue que l'accuſé ait allegué aucuns faicts peremptoires ſeruants à ſa charge ou innocence, ou aucuns faicts de reproches legitimes & receuables, il requerra que l'accuſé ſoit promptement tenu de nommer les teſmoings par leſquels il entend prouuer leſdits

Digitized by Google

faicts, ſoient iuſtificatifs, ou de reproches : ou ſinon, prendra ſes concluſions diffinitiues.

HIc articulus interpretationem non deſiderat. Certum eſt enim dum proceſſus confectus eſt, eum communicandum eſſe procuratori fiſci, vt ex legum ſententia, & rei ac criminis ſubiecti qualitate concludat.

ARTICVLVS CLVIII.

Forme de proceder par le iuge.

Et ſur leſdictes concluſions verra le iuge diligemment le proces, & ſera extraict des faits receuables s'aucuns en y a, à la deſcharge de l'accuſé, ſoit pour iuſtification, ou reproche : leſquels il monſtrera audit accuſé, & luy ordonnera nommer promptemẽt les teſmoings par leſquels il entend informer deſdits faicts : ce qu'il ſera tenu faire : autrement n'y ſera iamais receu.

MOribus noſtris ita receptum eſt, reum ore ſuo nominare debere & profiteri teſtium nomina per quos reprobationes aut refutationes teſtium allegatas probare vult. Sed quæſtio ma-

Digitized by Google

xima eſt, quanam ratione obſeruetur, an ita præciſe, vt reſpirandi reo facultas non detur, quin teſtes nominarit. Et ſanè ſummo illo iure ſtatim nominandos teſtes habet. Nos tamen hoc temperamento vti conſueuimus, vt ſi reus petat aut poſtulet ſibi modicam ad nominãdos teſtes dilationem dari, ex æquitate detur & concedatur. nam rei innocentiæ fauetur, qui dum in vinculis eſt, memoriæ duntaxat reuocandæ aut recolligendæ locum habet.

ARTICVLVS CLIX.

Que les teſmoings qui ſeront nommez par l'accuſé, ſeront examinez *ex officio, &c.* & à quels deſpens.

Et voulons que les teſmoings qui ainſi ſeront nõmez par leſdits accuſez, ſoient oüys & examinez ex officio, *par les iuges ou leurs cõmis & deputez, aux deſpens dudit accuſé, qui ſera tenu conſigner au greffe la ſomme que pour ce luy ſera ordonnée, s'il le peut faire: ou ſinon, aux deſpens de partie ciuile s'aucuns y a: autrement à nos deſpens, s'il n'y a autre partie ciuile qui le puiſſe faire.*

Digitized by Google

REgula generalis eſt, quòd omnia quæcunque fiunt ad rei liberationem, purgationem, aut exonerationem, expenſis illius conficienda ſunt, non autem actoris aut accuſantis. Ratio in eo euidẽs eſt. Nam quemadmodum actor expenſas de ſuo ſarcire compellitur ad accuſationis ſuæ inſtrumenta componenda, & ad teſtes reo componendos, & cætera perficienda: ita reus dum cauſas innocentiæ ſuæ allegat, innocentiæ ſuæ probatio expenſis illius conficienda eſt. Si ſoluendo non ſit reus, actoris expenſis: ſi actor egens ſit, expenſis regiis.

ARTICVLVS CLX.

Où ſe prendront les frais dudit examen s'il faut que le Roy les faſſe.

Et à ceſte fin ſe prendra vne ſomme de deniers ſuffiſante & raiſonnable, telle que ſera demeurée & arbitrée par nos officiers du lieu, ſur le receueur de noſtre domaine, auquel ladite ſomme ſera alloüée en la deſpence de ſes comptes, en rapportant l'ordonnance de noſdicts officiers, & la quittance de la deliurance qu'il aura faicte deſdicts deniers.

Digitized by Google

ARTICVLVS CLXI.

Ou ſe prendront les autres frais des proces criminels.

Le ſurplus des frais des proces criminels ſe fera aux deſpens des parties ciuiles, s'aucuns y a, & ſauf à recouurer en fin de cauſe: & s'il n'y en a point, ou qu'elles ne le puiſſent notoirement porter, ſur les deniers de nos receptes ordinaires comme deſſus.

ANtiquis ſtatutis certa ſumma pręſcripta erat quæ ex ærario regio in criminalibus cauſis inſtruendis expendenda eſſet: vt cum inopia reorum aut actorum ſubeſt, nihilominus litis inſtructio non ſuſtineatur.

ARTICVLVS CLXII.

Que les accuſez ſeront ſecrettement interrogez, & reſpondront par leur bouche.

En matieres criminelles ne ſeront les parties aucunement oüyes par conſeil ne myſtere d'aucune perſonne, mais reſpondront par leur bouche des cas dont ils ſont accuſez, &

Digitized by Google

ſeront ouys & interrogez, cōme deſſus ſeparément, ſecrettement, & à part, oſtant & aboliſſant tous ſtiles, vſances, ou couſtumes par leſquelles les accuſez auoient accouſtumé d'eſtre oüys en iugement, pour ſçauoir s'ils deuoient eſtre accuſez, & à ceſte fin auoir communication des faicts & articles concernās les crimes & delits dont ils eſtoient accuſez, & toutes autres choſes contraires à ce qu'eſt contenu cy-deſſus.

REus in vinculis cauſam dicere cogitur, nec vllius patroni aut defenſoris partes implorare poteſt dum ſuper capitibus accuſationis ſuæ interrogatur, cum teſtes componuntur, dum nominandi illi ſunt teſtes. Nec omittendū erit, etiam minoribus inconſultis in delictis aut accuſationibus nullo tutoris aut curatoris auxilio ſubueniri, ſed cauſam ſuo nomine dicere cogendos, & id in vinculis: licet nonnulli etiam auctoritatem à tutore aut curatore præſtandam in hoc cenſuerint, quod falſū eſt, nec legibus aut moribus noſtris ſancitū. Et propterea omnia quæ per errorē in contrarium introducta eſſent, abolentur & circunducuntur.

ARTICVLVS CLXIII.

Touchant la torture ſi elle eſchet.

Si par la viſitatiō des proces la matiere eſt trouuée ſubiecte à torture ou queſtion extraordinaire, nous voulons incontinent la ſentence de ladicte torture eſtre prononcée au priſonnier, pour eſtre promptement executée, s'il n'en eſt appellant. Et s'il y en a appel, eſtre tātoſt mené en noſtre cour ſouueraine du lieu où nous voulons toutes appellatiōs en matieres criminelles reſſortir immediatemēt & ſans moyen de quelque choſe qu'il ſoit appellé dependans deſdictes matieres criminelles.

QVibúſnam in formis & quando quæſtio adiudicanda ſit, id ex legū fontibus & auctoritate dependet. nam cum plena criminum probatio non eſt, & graue eſt crimen, & pro quo pœna corporalis infligenda ſit, ſi ſemiplena ſit tantùm probatio, tunc ad tormentorū & quæſtionis genus eſt decurrendum, vt veritas his extorta potiſſimùm eluceſcat. Si indiciis tantùm res tenetur, tunc duo teſtes conformes & conteſtes ſuper indicio eſſe debebunt: alioqui

nulla eſt indicij probatio, nec ex eo quęſtio vlla adiudicari poſſet, cum nulla ſit ne ſpecies quidem aut vmbra probationis. Quæſtio porrò ipſa ſi noua indicia emerſerint, repeti poteſt. Maxima fuit dubitandi ratio, an is qui confeſſus eſt, in caput aliorum torquendus eſſet, cum iuris ciuilis ratio reſiſtere videretur. Nemo enim confitentem ſuper aliena ſcrutetur ſcientia, ait lex ciuilis. Apud nos tamen graſſantibus multis delictis, & noua genera pœnæ excogitanda fuerunt, & pœnæ ipſæ legum exacerbandę. Itaque in crimine hæreſeos etiam qui confeſſus & conuictus eſt, tamen ad indicandos correos & conſortes litis torquetur. Idē in famoſis latronibus, qui quidem torquentur vt indicent ſocios criminum.

ARTICVLVS CLXIV.

Pour reigler les parties, ſi par la torture n'a rien eſté confeſſé.

Et ſi par la queſtion ou torture lon ne peut rien gaigner à l'encontre de l'accuſé, tellement qu'il n'y ait matiere de le condemner, nous voulons luy eſtre faict droict ſur ſon abſolu-

Digitized by Google

tion, pour le regard de la partie ciuile, & ſur ſa reparation de la calumnieuſe accuſation, & à ceſte fin les parties oüyes en iugement pour prendre leurs concluſions l'vn alencontre de l'autre, & eſtre reiglées en proces ordinaire ſi meſtier eſt, & les iuges y voyent la matiere diſpoſée.

SI nihil per quæſtionem probationis afferatur, aut erui poſſit, tunc aut reus abſoluendus erit, aut ſi dubia aliqua ſit probationis ſpecies, ad viam illam litis aut proceſſus ordinarij decurretur in conflictu illo probationum.

ARTICVLVS CLXV.

Contre les contumax foy ſera adiouſtée aux depoſitions des teſmoings qui auront eſté recolez, &c.

Que contre les delinquans & contumax fugitifs, qui n'auront voulu obeyr à iuſtice, ſera foy adiouſtée aux depoſitions des teſmoings contenus és informations faictes alencontre d'eux, & recolez par auctorité de iuſtice, tout ainſi que s'ils auoient eſté confrontez: & ſãs preiudice de leurs reproches, & ce quant aux

